Imprimatur denuo.

Quicquid enim De Vita Functorum ſtatu *Eruditus Auctor ſtatuit, hoc certe de eo ſtatuendum; Nec vita Fruiturum ſine honore, nec Functurum ſine gloria.*

M. Frank. S. T. P. Reverendiſſimo in Chriſto Patri ac Domino, Domino Archiepiſcopo Cant. à ſacris Dom.

Imprimatur denuo.

Quicquid enim De Vita Functorum ſtatu *Eruditus Auctor ſtatuit, hoc certe de eo ſtatuendum; Nec vita Fruiturum ſine honore, nec Functurum ſine gloria.*

M. Frank. S. T. P. Reverendiſſimo in Chriſto Patri ac Domino, Domino Archiepiſcopo Cant. à ſacris Dom.

מנחה בלולה

SIVE

ΣΤΡΩΜΑΤΕΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΙΚΟΣ

DE

Vita Functorum ſtatu:

EX

HEBRÆORUM

ET

GRÆCORUM

comparatis ſententiis concinnatus.

Cum Corollario

De TARTARO Apoſtoli *Petri*, in quem prævaricatores Angelos dejectos memorat.

Auctore *J. A. WINDET*, M.D. *Coll. Lond.*

Editio Tertia, recognita: ac tertia parte auctior.

LONDINI,

Excudebat *T. Newcomb.* Proſtat venalis apud *Joan. Martyn* ad Inſigne Campanæ in Cœmeterio D. *Pauli*, M DC LXXVII.

Viro Doctiſſimo

SAMUELI HALLO,

SUO.

PRodeat ergo in publicum, quandoquidem ſic omnino vis, πραγματεία hæc noſtra, tibi privatim exarata, in argumento à ſtudiorum noſtrorum præcipua ratione tam longe poſito, ut ne reſcire quidem detur quantum ex iſtis, quæ proferimus, ſit jampridem ab aliis occupatum. Sed & hæc dudum ſcribenti

benti egregiam ſecuritatem, ne dicam negligentiam, fecit amicitia, cui fidebam, tua: jamque edenti importuna ſatis negotia medica etiam ſtylum in loco vertendi copiam vix faciunt. Horas raro ſucciſivas impetro, ſed & illas fornax olim & culter habent. Tuo ergo periculo in lucem veniat hæc Epiſtola; qui tamen, cum Theologus ſis, atque idem harum rerum ſcientiſſimus, debueras potius amori hic tuo in nos feciſſe modum; neque commiſiſſe ut tuo ipſius hortatu, ac fidejuſſione, veſtræ literæ à ſemipagano temerarentur. Ego interim fidentius agam; ſi quid enim hic frugis inſit, (εὖγε τοῦτο καὶ εἶδε) ipſi mihi pendetur gratia: ſin quid ſecus expetat, præſto eſt,

qui

qui mecum dividat quicquid in hac re vitio vertetur. Vides in quantum te discrimen perduxerit nostri amor; quamque certo sis non tua luiturus: quo satius fuisset nostra suis tineis æternum permisisse.

Vale.

ARGU-

ARGUMENTA SECTIONUM.

SECT. I.

Occasio hujus Epistolæ. Propositio dicendorum. Modus ac ratio tractandi.

Tartari *vox non habetur in* LXX. *interpretum versione. Occurrit in* N.T. *semel tantum.* Græci *sua à* Judæis. *Qui veteres* Græci *de* Inferis *scripserunt. Socrates ea de re nihil. Ritus* siccum cranium *consulendi.* Paradisus *&* Gehenna *quo modo ante mundum hunc facta.* Græci, *illorum-*

que sequaces, quo freti de istis meminerunt. Cerberus *quis. Poetæ Theologiæ Ethnicæ conditores: Quo modo intelligendi.*

SECT. II.

Quibus vocibus ac loquendi formulis *Hebræi*, & ab illis *Græci*, *Locum* sive *statum vita functorum* proprie aut figurate designent. Indeque Τῆ *Sheol* & Ἅιδης notio vulgata paucis perstricta.

SECT. III.

Τῆ *Sheol* & Ἅιδης notio non observata pridem: Nempe istis vocibus *Materiam Primam*, id est *Naturam Corruptibilem*, designari.

Probatur ex Hebræorum *parte, auctoribus*

R.

R. Moſe f. Mayemonis, & R. Levi f. Gerſhomi. Ægyptiis & Arabibus *eandem haberi* Materiæ *notionem.* Τῦ Sheol *ſive* Materiæ *ſphæra. Locutiones inde natæ.* Græcorum *notio* τῦ ἄϐυσ *iſti* Hebræorum *conſimilis.* Naturam *illis* Concretione & Ebullitione (*vel ut vulgo loquuntur* Fermentatione) *definiri. Nihil interire. Nullam dari mutationem in rebus præterquam loci.* Utrique principio, *tam* Paſſivo *quam* Activo, *tam* Materiæ *quam* Deo, *Æternitatem ab illis tribui.* Materia *Pythagoreis* Ἀνάγκη. *Valentianorum Duo Principia* Achamoth & Ἀνάγκη. *Malum* Materiæ *aſſcriptum à* Græcis & Judæis. *De* Duabus *myſticis* Civitatibus *apud* Homerum. *De* Duobus *Chaldæorum* principiis Oromaſda & Arimanio. *Quid duobus principiis ſigillatim tribuatur à* Græcis & Ægyptiis. *Sacra gentium initia his dicata.* Duorum principiorum *error longe terrarum pervagatus.* Ἀνάγκην *in Simmiæ Alis* Materiam *ſive* Chaos *deſignare contra Salmaſium. Hieroclis locus expoſitus contra Morellum & Grotium. Falli Grotium in*

adſignanda Platonis opinione, & illa Judæorum & Chriſtianorum de rerum conditu. Perperam etiam ea in re trahi Galenum ad partes Chriſtianas. Omnia ex Materia *profecta, eodem citra jacturam reverti, juxta veteres.* Solem Materiæ *diſpenſatorem eſſe. Scena* Materiæ *reciprocandæ juxta* Græcos.

SECT. IV.

Sheol & *Hades*, figurate deſcribuntur uti *Domus*, cum ſuis *portis* & *Clavibus*:

Tantundem oſtenditur ex multis Hebræorum *& ſubinde* Græcorum *locis.* Πύλαι ᾅδου *quid.*

SECT.

SECT. V.

De abstinentia Pythagoreorum à *Fabis*, quod essent πύλαις ἄδε similes, utpote sine geniculis.

Vox ἀγόνατος *ab Ambrosio Laertii interprete, item à Lilio Gyraldo & Grotio male exponitur. Abstinuisse Pythagoreos à* Fabis *proprie sic dictis. Pythagoras Ægypti institutus.* Fabis *abstinuisse Ægyptios.* Faba *non in seminibus cerealibus. Abstinentiæ à* Fabis *subfuisse rationes sacras. In sacris Eleusiniis à* Fabis *abstinebant. Mosen vulgarem* Fabarum *esum non vetasse. Pythagoras ejusque discipuli per* Fabetum *eundo vitæ suæ consulere noluerunt. Noluerunt causas prodere quorsum abstinuerint. Causas istius abstinentiæ idoneas vulgo adsignatas non esse. Non sufficere quam assignavit* D. Mer. Casaubonus. *Solebant veteres* κρύπτειν δόξας *de rerum natura in operto servare; Pythagorei præsertim ab Ægyptiis edocti. Hesseniorum & Pythagoræ discipulos ad silentium*

jurejurando astrictos fuisse. Pythagoræ philosophiam adusque Philolai tempora incognitam extraneis fuisse. Numa Flaminem Dialem Fabis *interdixit.* Faba *in Lemuralibus & Parentalibus apposita. Judæi in luctu leguminibus vescuntur. Numa Tacitam adorabat. Idem Pythagoræ discipulus. Veteres Allegoriis philosophiam obumbrabant. Quid Pythagorici & Cabalici de animarum descensu atq; adscensu senserunt. Quid item de animarum transmigratione. Origenem Transmigrationem Fabulam, &c. appellasse. In vice Terna sisti transmigrationem. Quot annorum sit Transmigrationis curriculum. Transmigratio Allegorice exposita. Animas ad regionem hanc corruptibilem in exilium mitti. Mori cum huc descendant, vivere denuo cum hinc ascendant. Impendi debere summam operam ut quam primum hinc emergant, redeantque ad pristinam patriam.* Fabam, *plantam semini apprime conferentem, scapo nullis geniculis interciso esse, indidemque optari in generationis continuæ ac perpetuæ symbolum. Abstinentia à* Fabis *Allegorice cautum ne quis ultro animam dedat, generationis vicibus in hoc mortali orbe perpetuo reciprocandam.*

SECT.

Sheol in *Paradiſum* & *Gehennam* ab *Hebræis*: *Haden* in *Elyſium* & *Tartarum* à *Græcis* itidem diſtingui. *Gehennam* ab *Hebræis* ſubdividi in *Superiorem* & *Inferiorem*; *Tartarum* pariter à *Græcis* ſubdividi. Ex *Gehenna ſuperiore* luſtratos redire juxta *Hebræos*. Pariter & *Græcos* ſentire. *Bonos* ad *Cœlum*, *Malos* ad *Gehennam* ſive *Tartarum Inferiorem*, *Mediocres* ad *Superiorem* itare.

Dari varias regiones tam in Paradiſo *quam* Gehenna. *Tam* Paradiſum *quam* Gehennam *contineri in* Sheol. Elyſium *&* Tartara *Græcis* ὑπὸ γῆν. *Saga Endorenſis verum Samuelem evocavit. Chriſtus deſcendens* εἰς ᾅδην, *vi tantum iſtius vocis*

ad Tartara *descendisse concludi non potest. Bivium* בי תרי, *hac ad* Beatorum insulas *illac ad* Tartarum *ducens. R. Jochanan moribundus illud bivium ob oculos habuit. Bonorum locum ab dextris, Malorum à sinistris esse. Angelos adesse Bonis Bonos Malis Malos deducendis. De Angelis Malis & illorum principe. Furiæ & Diræ tortrices.* Ἐριννύες ὑ ποιναὶ *Græcorum. De Angelis Bonis & illorum principe Michaele. Poetis Mercurius* ψυχοπομπὸς, *Philosophis Genius suus cujusque* ἡγεμὼν ὑ σωτὴρ. *Locus perquam insignis* De Vita Functorum *statu ex Gemara Rosh Hasshanna. Locus consimilis ex Phædone.*

SECT. VII.

De statu ac loco Bonorum *post hanc vitam.*

Animas Bonorum *statim ad Felicitatem* Cœlestem *admitti.* Regnum Cœlorum *vel* (*quod idem valet*) Dei, Cœlum Cœlorum, Æ vum

Ævum futurum, Paradiſum, Hortum Edenis, *voces frequenter* ἰσοδυναμους *eſſe; iſtis nempe memoratam* Felicitatem *ſignari. Druſium & Grotium erraſſe in ſignificatione* Paradiſi. Paradiſus *Figurate ſemper* Cœlum *deſignat.* Paradiſus *primi hominis* Inferior; Cœleſtis, Superior *dictus.* Paradiſus Inferior, Terreſtris, Corporeus, *atque* conſpicuus: Cœleſtem Oculus non vidit. Paradiſi Inferioris *deſcriptio ex Mayemonida. Rabbinos pleroſque exiſtimare animas* Bonorum *ad* Paradiſum Terreſtrem *ire. Ibidem eſſe Enochum & Eliam ex ſententia Rabbinorum, & Joannem Evangeliſtam ex ſententia Leonis Hebræi.* Paradiſi *vocabulum erroris anſam dediſſe iis qui non penetrabant ad interius ſignificatum. Animabus in* Paradiſo Terreſtri *manentibus corpora Conjungenda in Reſurrectione, ſub finem Chiliadis ſextæ eventura, ex Rabbinorum ſententia. Reverſuros mortuos ad vitam hanc Corpoream ex illorum opinione. Chiliaſtæ ſua à Judæis. In* Ævo Futuro *omnis corporea moles, ex horum ſententia, abolebitur. Refutatio Duûm errorum hujus factionis Judaicæ; Primi, quod exiſtiment Reſurgentes qualia pridem*

corpora

corpora habituros; *Secundi*, *quod Statum Resurrectionis ab illo* Mundi Futuri *distinguant*. *Remotis istis*, *ostenditur saniores Judæos* Cœlum Paradisi *vocabulo designasse*. *Uberior prosecutio paris significationis memoratorum vocabulorum*, Paradisi, Ævi Futuri, Regni Cœlorum, &c. *Ostenditur fuse animas* Bonorum *ad* Visionem Beatificam *in* Cœlo *admitti*, *ex* Judæorum *sententia*. Muslimos *idem statuere*, *iisdem* Paradisum *&* Cœlum *idem valere*. *Conclusio adversus Drusium & Grotium*. Hebræis Cœlestia *gaudia*, *Convivii ritu describi*. Elysium Græcorum *ex* Hebræorum Paradiso *manasse*: Utriusque *egregius situs*, *difficiles aditus*, *apparatus* λειμωνώδης. Græcos *etiam* summam Felicitatem *Epulis ac festivitate describere*. Græcorum Ætas Aurea *efficta ex copiosa illa amœnitate* Paradisi Edenici. Hebræos summam Felicitatem *per recuperatum* Paradisum, *itidem* Græcos *per recuperatam* Auream Ætatem *describere*. Græcos *hæc omnia* (*ut de* Hebræis *pridem animadversum*) *pariter* ἀλληγορεῖν.

SECT.

SECT. VIII.

Mediocrium ſtatus ex *Hebræorum* & *Græcorum* ſententia.

Prævaricatores Iſraelis qui. Purgatorium Judæorum, *cui* Mediocres *addicunt*, *duodecim menſium. Beth quid ſignificet*, *in hujuſmodi*, *Eeth Hillel*, *Beth Sammai*, *&c. Duodecimeſtre* Purgatorium *ex Nachmanida*, *Schola Joſephi in Joreh Deah*, *R. Bechaye*, *&c. Ex Gemara Alpheſii*, *&c. Quibus expientur peccata leviora juxta* Judæos. *De* Græcorum Campis Lugentibus. *Illis parem locum haberi apud* Judæos, *cui Biæothanatos & Aoros legant. Non poſſe* Campos Lugentes *cum* Gehenna Superiore *conferri. Platonem loci* Tartarei *meminiſſe unde* Mediocres *poſt Anni unius luſtrationem evadunt. Nullam* Purgatorii *mentionem fieri in ullo ſcripto* Judaico *ante conditam Gemaram: nec in ullo ſcripto* Chriſtianorum *ante Origenem. Ab illo* Chriſtianos, *A* Chriſtianis Judæos *ſumpſiſſe.* Mohammedanos Purgatorium *agnoſcere.*

SECT.

SECT. IX.

De loco ſtatuque *penitus Impiorum* juxta *Hebræos* & *Græcos*.

Nomina quibus dirus iſte locus Hebræis *venire ſoleat.* Gehennæ *nomen unde.* Gehennam *varios gradus admittere ex Evangelio confirmatum.* Gehennæ Infimæ *ſupplicia æterna. De Kereth ſive Exciſione Animæ quam* Lex *minatur. Expenduntur locutiones iſte* εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. לדורי דורות *& ſimiles.* *Quid* RR. *quidam de pœnarum æternitate ſentiant. Quid Origenes. Quid* Græci *de* Tartari *duratione ſtatuant. Puniri in* Gehenna *intenſiſſimo gradu* Frigoris *ac* Caloris *juxta* Hebræos. *Itidem ſe rem habere in* Tartaro Græcorum. Mohammedanos *itidem ſtatuere.* Cœlum *&* Gehenna *ſive* Tartarus *quam per omnia opponantur.*

SECT.

SECT. X.

Cæleſtem ſtatum juxta *Hebræorum* & *Græcorum* Magiſtros revera in virtute conſummata : *Gehennalem* ſive *Tartareum* in delira atque abnormi pravitate conſiſtere.

Pori ac Peniæ Fabula expoſita. Unuſquiſque ſibi tortor. Dæmones atque animas ante Judicium extremum pœnam damni tantum luere ex Patrum ſententia.

SECT. XI.

De duratione ſtatus *Bonorum* & *Malorum.*

Quid ea de re ſenſerunt Academici. Platoni ἀΐδιος & ταρταρος *idem. Origenes itidem ſenſit :.*

ſenſit: Caute tamen ac modeſte ſententiam dixit.

SECT. XII.

Tartarus qua ratione in Imis habitus.

Tartari *notatio. Popularis mundi compages qualis* Hebræis, Græcis, Mohammedanis. Deo *tributa pars mundi ſumma ac luculentiſſima ab* Hebræis, Gehennæ *infima atque obſcuriſſima.* Græcos *itidem de* Deo, *itidem etiam de* Tartaro *ſentire.*

SECT.

SECT. XIII.

De *Angelorum Tartaroſi* apud S. *Petrum.*

Voces καταλαρλαρωῦ & ταρλαρωῦ *binam occurrant & quid ſignificent.* Titanum *dejectionem iſti* Angelorum συρειχεῖν. Græci & Hebræi *quid de utrorumque lapſu ſcripſerunt. Unde conſtet quam ſcita vox ſit* ταρλάρωσις *apud S. Petrum. Nimis populariter locutos eſſe* Hebræos & Græcos *e Mundo Tentorii formam tribuendo. Quid iſta ſententia contineat veri. Gradus varios dari animalium inter ſummum & imum.* Deum *tantum* Materiæ *purum eſſe. Angelis tribui corpora ex igne vel aere ab* Hebræis. *Iiſdem Angelos impuros ac delatores æreos tractus occupare. Itidem per omnia ſentire* Græcos. *Expoſitio loci apud S. Petrum, corollarii vice.*

SECT.

SECT. XIV.

Receptæ *Tartari* notioni non obesse mundi compagem apparentiis maxime consentaneam.

Eidem.

Eidem.

SECT. I.

Occasio hujus Epistolæ. Propositio dicendorum. Modus ac ratio tractandi.

Tartari *vox non habetur in* LXX. *interpretum versione. Occurrit in* N. T. *semel tantum,* Græci *sua à* Judæis. *Qui veteres* Græci *de* Inferis *scripserunt. Socrates ea de re nihil. Ritus* siccum cranium *consulendi.* Paradisus *&* Gehenna *quo modo ante mundum hunc facta.* Græci, *illorumque sequaces, quo freti de istis meminerunt.* Cerberus *quis. Poetæ Theologiæ Ethnicæ conditores: Quo modo intelligendi.*



UM Charissima Soror tua, quo corpori tum adfecto prospiceret, ad ædes meas aliquandiu divertisset, factam inde mihi consuetudinis etiam tuæ perquam jucundæ copiam valde læ-

tabar. Beatum me si daretur te sæpius convenire. At me quidem, uti ne pedem hinc, importunis fere negotiis Sparta quam ornare satago, distinere solet. Interierit tua, cui libero esse liceat, quando per majora non stabit, loci mihi hujusce inficeti tædia gratissimo adspectu tuo diluere.

Cum autem nobiscum una esses, incidit sermo de πολυψυλλήτῳ illo λειποταχτῶν ἀγγέλων lapsu: indidem & ansa tibi data scisscitandi à me, numquid veniret in mentem vocis istius Ταρταρώσας, ullibi alias lectæ, præterquam eo loci ubi S. *Petrus*, pœnas istorum angelorum describens, eam usurpat. Ego αὐτόθεν ὁρμηθεὶς, respondi, Tametsi vox Τάρταρος, aut inde derivatum verbum, apud Græcos Bibliorum Interpretes quos ex usu Septuaginta indigitamus, nullibi quod scirem, nec in Novo Fædere alibi prorsus occurrat: esse tamen istam vocem scriptoribus profanis tritam & passivam admodum. Atque ostendi mox quæ notâram veterum loca in Adversariis meis, unde de verbi ipsius satis frequenti usu abunde constaret. Cum autem, mota istis aliquatenus

tenus ſaliva, *Tartari* genuinam ex veteribus notionem & *Status Vita Functorum* aliquale ſpecimen tibi à nobis exhiberi poſtulaveris, utrumque, quatenus curtæ à rebus medicis induciæ patientur, pro virili noſtra ὑποκνήσει προϊὼν ὁ λόγος.

Quandoquidem vero de *Tartaro*, ut dixi, nec Novum alibi Teſtamentum, nec LXX. viri τὸ παράπαν οὐδὲ γρὺ meminerint, aliunde ex humanis quidem literis ſuppetias ſcribere vel inviti cogimur. *Ad quæſtionem* autem *magnam reſponſionem brevem valde oderat Nebridius*, *Auguſtini*, Epiſtola XXIII: Cumque hæc *Petri* una ſit ex ſeptem illis Epiſtolis, quarum ſuccinctam ac myſticam obſcuritatem notavit Hieronymus, Epiſtola CIII. ad Paulinum; præfabor mihi veniam, ſi ſupparis argumenti nonnulla ἐπιλίγδην ἐν παρόδῳ attingens, dum res aliquas, ubi opus videbitur, fuſiuſcule diduco, pauxillum deflectere quandoque videar; omnia enim etiam iſta, ſuopte modo, ab hac re haud ita multum abludere facile intelligas. Ego vero, qui culpam hanc deprecari quam culpa carere malim, hac fiducia oſtendo quantum amicitiæ tuæ imputare auſim.

Familiam autem in dicendis ducent *Hebræorum* decreta, quibus ὡς ἐξ ἀνθεμοσυλλογίας prælibatis, Græcorum ubique, quæ indidem manarunt, ἐκ τῶν Ἑλλήνων subjungentur. R. Shem Tobh in libro Fidei, porta III. c. 4. הנה להם חכמה ברבים רבים והם פסולת מחכמת בני ישראל *Habebant illi (Græci) scientiam rerum multarum, quæ nihil aliud erat, præterquam fæx scientiæ filiorum Israelis.* Sed ne hoc Judaicæ futilitatis habeatur; receperunt etiam *Tertullianus*, libro de proscriptione Hæreticorum; S. *Justinus Martyr*, Apologia pro Christianis II.; *Clemens Alexandrinus* centone V & VI; *Eusebius*, Præparationis Evangelicæ libro X; item *Tatianus*, *Theophilus*, & veterum alii, universum Græcismum (quo nomine *Gentium* superstitiones censeri possint) nihil aliud multo maximam partem esse præter *Judaismum* depravatum; idque ex sacra Cabala perperam intellecta. Atque hac saltem parte, si cui libeat *Judæorum* de *Vita Functorum Statu* cum *Græcorum* opinionibus componere, omnia quasi normaliter convenire videbuntur. *Judæi* autem, alias haud nimium veraces, hisce de rebus scribentes,

extrema

extrema linea insaniunt. Sed & *Græci* sic omnia creperis nugis & fabulis permiscent, ut inde τὰ ἐν ᾅδου adagii vice incinatur, quoties fabulosi cujuspiam sermonis fidem elevare velimus. *Horatius* ea de re *Fabulas Manes* dixit; quinimo *Inferorum* supplicia *Fabulis & ineptiis* accenset etiam *Cicero Cluentianâ*; nec profusius usquam ridet nasutus ille scurra Samosatenis, quam ubi *Infernam* rempublicam perstringendam nactus. Libros utcunque περὶ τοῦ ἐν ᾅδου scripsisse *Heraclidem Ponticum*, *Antisthenem*, *Democritum* ejusque discipulum *Protagoram*, memorant veteres. *Socrates*, *Plutarcho* teste, ejeravit omnem *Inferni* notitiam; saltem, pro liberali qua fuit indole, fassus est se οὐκ ἱκανὸς εἰδέναι περὶ τοῦ ἐν ᾅδου, ut *Plato* perhibet in Apologia, & credas licet vel injurato. Inde fit quod discipuli *Socratis* eum tam bibulas aures præbentem introducant præ se ferentibus istarum rerum notitiam, cum ipse de se nihil tale polliceretur. *Palladius* Episcopus, libro ad *Lausum Præpositum*, memorat quomodo S. *Macarius* πρὸς τὸ ξηρὸν κρᾶνιον πυθόμενος περὶ τῶν κεκοιμημένων μεμάθηκεν ἅπαντα. Illumque morem

inter *Hebræos* obtinuisse, liquet ex Talmudis Codice *Sanhedrin*, cap. VII. fol. 65. p. 1. & ex *Gemara* sequente. Item ex *Majemonidæ Jad*, part. i. fol. 32. pag. 1. *Divinationem* בגלגולרז של מת *per cranium mortui* vocant. Nos talibus subsidiis destituti, seligemus utcunque ex veteribus quæ res nostras maxime illustrare videbuntur.

Malorum enim post mortem *pœnas*, quarum metu contineantur homines in officio; & *Bonorum præmia*, quibus ad virtutem alliciantur; tanti referre ad communem vitam opinati sunt *Judæi*, ut inde *Paradisum* & *Gehennam* inter septem illas res numerent, quas Deus ante mundum hunc conditum fecit, ut habet Talmud. Tract. *Nedarim*, c. IV. Et *Pirke* R. *Eleasari* cap. III. Cui opinioni de Paradiso patrocinantur Chaldæi Paraphrastæ, *Onkelos* & *Jonathan*; hic disertissime, in *Geneseos* caput II. itidem *Theodotio*, *Aquila*, *Symmachus*, ut ex versionum excerptis hodieque constat; *Hieronymus* quoque, ut ex ejus versione, & Traditionibus Hebraicis (si ejus sint) luculenter patet: illum tamen *Eugubinus*, *Mercerus* & *Sixtus Senensis* excusatum eunt. Itidem sentit Esdras Apocryphus, lib. IV. caput 3. vers. 6. Sed Cabalici hoc omne

ἀλληγο-

ἀλληφείας ἐλύφω obnuptum de cœleſtibus gaudiis intelligunt, quæ Deum ſuis ab æterno deſtinaſſe N. Teſtamentum etiam perhibet. Conſule Tract. *Nedarim* loco memorato. *Peſachim* quoque cap. IV. ſed & idem de *Malorum* ſuppliciis dici poſſe plane liquet.

Graci pariter, abſque juſtitia foret, ſtabiliri rem publicam non poſſe; & juſtitiam ſine perſuaſione de ſtatu poſt hanc vitam, ubi aliter bonis, aliter malis comparatum erit, conſervari non poſſe, arbitrati: quamlibet de Animorum Immortalitate alioquin inter capaces tam ſublimis argumenti conſtare videtur; non tamen deſtiterunt, quoad ea de re populari aliqua narratione etiam vulgo fidem feciſſent. *Platoni* ergo *Er*, *Pamphilus* miles, duodecim dies mortuus vitam recuperat, atque enarrat quid in vitarum intervallo de ſtatu hac vita functorum compererat. *Plutarcho Antyllus* reviviſcens, & *Timarchus* ex *Trophonii* antro emergens, eadem fere quæ miles, docent. A quibus non multum abluđit noſter *Drithelmus Saxo* reviviſcens, apud *Bedam*. Hiſt. Eccleſ. lib. v. caput 13. Cumque (ut pridem *Hercules*, *Liber* Pater, *Orpheus*, *Caſtor* & *Pollux*) etiam *Ulyſſes Homericus*

Ζωὸς ἐὼν ἐνόησεν, ἃ μὴ θέμις ἐστὶν ἰδέσθαι,
Νερτέριον κευθμῶνα καὶ ἄλγεα πικρὰ θανόντων,
Vivus adhuc, novit, (quæ nec fas cernere cuiquam,)

Infernas sedes, *& tristia fata silentum*, inde & sequioribus deinceps poetis usu venit, accersito aliquo diverticulo, Heroas etiam suos ad *Inferos* deducere; ne qua heroi *Homerico* herbam porrexisse videantur. Est qui censet Heroum notionem, Deum ac hominum misto satu genitorum, à Cabala incarnationis; & à traditione descensus Christi ad *Inferos*, etiam horum illuc descensum dimanasse. Ipse *Cerberus* (ὁ κρέως βόρος) mors est; triceps, quod cunctas mundi partes appetat; quadricipitem saltem finxissent, modo tot tunc orbis partes innotuissent: quo pacto *Hesiodus* πεντηκοντακάρηνον, *Horatius centicipitem* (numeris pro multitudine indefinita identidem usurpatis) eum adpellant, quod undique grassetur. Ultimus autem celeberrimi herois labor *Inferno* perrupto *Cerberum* in vincula petentis, ex interpolata poetico charactere Cabala vaticinii de Christo triumphum de morte acturo, & *captivitatem captivam* ducturo, manasse videatur. Utcunque

cunque hac occasione quid illi de *Inferis* acceperant, disertissime exposuerunt. Ades ergo animo; Poetas enim ipse *Plato* in *Lysida* πατέρας τῆς σοφίας καὶ ἡγεμόνας adpellat. *Origeni* etiam dicuntur τῶν δογμάτων πατέρες καὶ ἀρχαῖοι θεολόγοι τῶν Ἑλλήνων, primo adversus Celsum. Nec refugias Poetarum in tali argumento testimonium, quod *generosioris Poetæ spiritum veritatem amare* neget Arbiter; soleantque vel γλώσσης χάριν mentiri, ne quid numeris & rotunditati carminum decederet; quisquis enim *Inferorum* Geographus esse velit, ubi à sacris literis abierit, utcunque personatus incedat, revera tamen Poeta erit; necesse habens è periculo omnia petere atque adamussim Σιβυλλιᾶν.

——— *Vates*

Sub terris nigros viderunt carmine manes,
Atque inter cineres Ditis *pallentia regna:*
Mentiti vates Stygias *undasque caneque.*
Hi Tityon *septem stravere in jugera fusum,*
Sollicitant magna te siccum, Tantale, *pœna,*
Sollicitantque *Sirim Minos, *tuaque*, Æace, *in umbris*
Jura canunt, iidemque rotant Ixionis *orbem.*
Quicquid & inferius falsi sibi conscia terra est.

Non

Non est terra satis speculantur numina divum,
Nec metuunt oculos alieno admittere cœlo, &c.
Debita carminibus libertas ista, &c.

ut eleganter *Corn. Severus* in *Ætna.* Fatetur quippe *Simmias*, apud *Platonem* in *Phædone*, περὶ τούτων τὸ σαφὲς εἰδέναι ἐν τῷ νῦν βίῳ, ἢ ἀδύνατον εἶναι, ἢ παγχάλεπόν τι. *Ista penitus cognoscere in hac vita impossibile, saltem perquam difficile esse.* Quæcunque vero sparsim in vetusto illo *Orpheo*, in *Homero*, & Græcis Poetis, addo etiam Philosophis; quæcunque apud *Platonem* in *Phædone*, Apologia *Socratis*, *Gorgia*, *Legibus*, ὑποβολιμαίῳ *Axiocho*, aut etiam alibi occurrerunt, ea ferunt omnia *Virgilium* sexto *Æneidos* in unum *Cyceona* miscuisse. Memineris tantum fabulæ genus, more Poetico, partim φυσικὸν, partim ψυχικὸν esse (uti nos monet *Sallustius Cynicus*) in exped tò erunt omnia; modo isthoc, inquam, glomere fretus accesseris.

Cum autem Christus *angelos* ac *homines bonos felicitatis*, ut & *malos miseriæ* consortes fore statuerit: ipsaque sacra pagina, *hominibus* perscripta, de *hominum* conditione, quam de *angelorum* multo pluribus meminerit; nos ex *hominum* inprimis perlustrata,

isti

isti *angelorum* lucem fœnerari volentes, inde quidem auspicabimur.

SECT. II.

Quibus vocibus ac loquendi formulis *Hebræi*, & ab illis *Græci*, *Locum* sive *statum vita functorum* proprie aut figurate designent. Indeque Τῆ *Sheol* & Ἅιδῃ notio vulgata paucis perstricta.

VExatissima vox שאול Sheol *Hebræis*, prout de Corpore, Anima, vel Persona dicitur, nonnunquam *Sepulchrum*, nonnunquam *Orcum*, *Infernum*, *Mortem*, *Statum Vita Functorum*, *Locumve* (ut cum *Plauto* in proleg. Casinæ loquar) *communem* significat. Cui affines sunt voces שחת *corruptio*, דומת *silentium* & similes; etiam באר vel בור *fovea*, quæ πολυωνυμίαν οἱ ταυτότητα σημασίας, uti ex eo loco II. *Samuelis* caput XXIII. ver. 15. collato cum 1 *Chron.* XI. v. 18. & ex tractatu *Joma* omnino constat; quamvis R. *Menasseh Ben Israel*, mecum differens, aliter senserit.

ſenſerit. *Jobus* Sheol circumloquitur חשך ארץ וצלמות *terram tenebrarum & umbræ mortis.* Pſaltes ארץ נשיה *terram oblivionis.* Sed & *Hugo Broughtonius, Rabbinicæ* pridem Theologiæ conſultiſſimus, עולם הבא *Ævum Futurum* aliquoties idem ſignificare, quod *Sheol,* recte advertit. Conſule Maimoniden in Yad, Halacah Teſhubha, cap. VIII. ℈. VII, & VIII. In Pirke Eleaſari cap. 33. R. Nathan Samuelis illud ad Saulum, *Cras tu & filii tui mecum,* de *Ævo futuro* quod Saulus ac filii morientes mox conſecuti ſunt, interpretatur. Perinde ac *Procopius, Sophiſta Gazæus,* τὴ μέλλοντα αἰῶνα pro *mundo animarum,* ut *Judæi* vocant, accepit, in illud *Geneſeos* XXV. v. 8. de *Abrahamo* moriente, προσετέθη πρὸς λαὸν αὐτοῦ, dictum ſimiliter de *Iſaaco* προσετέθη πρὸς τὸ γένος αὐτοῦ adhibens, inquit, καθ' ἑκάτερα φάνεται, ὅτι Μωυσῆς οἶδε μάλιστα τὴ μέλλοντα αἰῶνα· δῆλοις γὰρ προσγίθεται τοῖς μὴ ὖσιν. *Utrinque liquet quod* Moſes *planiſſime cognovit mundum Futurum, nemo enim non exiſtentibus adponitur.*

Hebræorum autem *Sheol Græci* S. Bibliorum interpretes frequentiſſime Ἅιδης verterunt

terunt, non tamen *ubique*, uti *Bellarminus* lib. VI. de Christo cap. 10. asserit, & congreges istarum partium multo mallent. Ea vox è medio *Hellenismi* sumta, omnia quæ Sheol, *sepulchrum*, *mortem* (quod memini me invito *Bellarmino* dicere) *orcum*, *locum fato functorum*, *statumve*) significat. Ἀΐδης ὁ τάφος *Hesychio*; &, ex eo, *Suidæ*; inde Ἀϊδὼν sive Ἀϊδωνεὺς ἐννυχίων ἄναξ *Homero*, *Sophocli*, & aliis. Sed & Ἀΐδης καὶ Πλούτων ὁ αὐτὸς λέγεται, teste Scholiasta in *Hecuben Euripidæ*; itidem *Plutonem*, *Orcum* vocat *Cicero*; quemadmodum & *Sheol Esaiæ* cap. XIII v. 9. personam induit, diciturque se penes Gigantes Regi *Babylonio* obviam fecisse. Sed & Ἀϊδώνια, θανάσιμα sunt *Hesychio*. In *Anthologia* Epigrammatum *Græcorum*, p 62. de juvenca, quam, cum fordam pro ara *Dianæ* stiterat æditimus, mactare non licebat, ne qua legem pariundi interrumpere videretur *Dea*, quæ partui præesse solet, sic *Philippus*,

Ἧς ἀΐδην μέλλοντα προέφθασεν εὔστοχος ὠδὶς.

Cujus mortem imminentem prævenit facile-præceptus partus. Ἀΐδην etiam νεκρῶν χωρίον exponunt *Græci*; quo pacto Styga πάγκοινον

λιμνην

λήμνιν appellat *Sophocles*. Sed & *corruptio*, *silentium*, *puteus*, *terra oblivionis*, *tenebrarum & umbræ mortis*, & ejusmodi, quæ ab *Hebræis* figurate pro Sheol usurpantur, paria inveneruntin *Hellenismo*. *Corruptio*, hinc οἱ φθίμενοι τὸν ἐν ἅιδᾳ significat, ut *Poetas* omittam, etiam *Xenophonti* pædias lib. VIII *Silentium*, hinc mortuos ἀφραδέας dici à veteribus testis *Eustathius* ad illa *Odyss* λ'.

——ἔνθα τε νεκροὶ
Ἀφραδέες ναίουσι βροτῶν εἴδωλα καμόντων.
Illic sorte datum cassos habitare silentes.

Paulo, *Anthol.* lib III. mortuus dicitur σιγᾶν τὸ χάλκεον, quo sensu χάλκεον ὕπνον *Homerus*, *Ferreum soporem Virgilius*, pro Morte ponunt. Idem *Paulus Orcum* circumloquitur σιοπηρὸς ὁ Ἅιδης. *Puteus* vel *fossa*, hinc βέρεθρον, sive βάραθρον, quod ὄρυγμα est *Harpocrationi*, *Hesychio*, *Suidæ*, *Favorino*, frequenter ἅιδην innuit. Habes, eo sensu, εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν apud Aristophanem (in Plut. Actus V. Scena 1.)——Πλουτῶ χθονίου βέρεθρα usurpat *Orpheus* in *Argonauticis*, quo pacto βόθρον ἅιδου *Sirachides* cap.

cap. xxiv. ver. 10. *Plutarchus* in ſententiam λάθε βιώσας, βάραθρον itidem uſurpavit. *Statio*, *Tiſiphone* ——— *regina barathri* dicitur. Orcum *defoſſas domos* vocat Virgilius in *Culice*, utrique Græciſmo quam imbutiſſimi. *Terra tenebrarum & umbræ mortis*, hinc mortuos σκιὰς Græci, & ab illis *umbras* Latini vocitant. Ἀΐδων, ἀπλήστους δόμους appellat Græcus, quem imitatus *Virgilius* ——— *ſine ſole domos* dixit. Ἀΐδης βαθύσκιος & λιπαυγὴς *Orpheo* dicitur, ——— *inadſpectos cælo radiiſque penates* vocavit *Statius*; definiturq; χωρίον ἄφεγγες ὑ σκότους ἀϊδίου πεπληρωμένον *Favorino* veteres ſecuto. *Catullo* paſſer mortuus ——— *It per iter tenebricoſum*. Mortui *Lucianici*, queruntur ob lucis penuriam unicolora eſſe in *Orco* omnia. *Terra oblivionis*, Hinc in orco ſtatuebant fluvium *Limiam* proprie dictum, quem & Λήθων, vel λήθης caſu patrio, id eſt, *oblivionis*, κατ' ἔλλειψιν vocabant; non Lethes caſu recto, ut perperam *Appianus*; nec vero *Lethe*, ut *Bertio* ad *Ptolomæum* & vulgo perperam ſcribitur. Traducto forte à *Lud. Vivis* in *Auguſtinum* errore; quem tamen tacito nomine correxerat

erat Doctissimus *Casaubonus* in suis ad Geographum. *Mela* lib. II. cap. I. *Cui oblivionis nomen est Limia.* Plinius, lib. IV. cap. XXI. tradit *Limiam*, *Oblivionis antiquis dictum, multumque fabulosum.* Lucanus lib. XI.

——Lethes tacitus prælabitur amnis
Infernis, ut fama trahens oblivia venis.

Orcus λήθης λιμὴν dicitur in Epigrammate. *Apollonius Rhodius Mercurium* memorat *Æthalidæ* suo dedisse μνῆστιν ἄφθιτον, *memoriam ita tenacem, ut oblivio animæ illius non obreperet, tametsi* Acherontis *vortices rapidos pertransiret:* sic illa sonant,

—ὃ δ' ἔτι νῦν περ ἀποιχομένου Ἀχέροντος
Δίνας ἀπροφάτους ψυχὴν ἐπιδέδρομε λήθη.

quibus verbis sic pervertendis *Mercurio* suo belle litavit *Hoelzlinus* interpres, *ut ne quidem absorpto nunc Acherontis indeprecabili ingluvie Letha incurset animam*; sed & in notis perperam adseruit λήθην illic esse κύριον. *Scholiastæ* λέγονται οἱ τεθνηκότες λήθην τῶν γεγονότων αὐτοῖς ἐν τῇ ζωῇ λαμβάνειν· nec opus τὰ ἐν ποσὶν ultra prosequi.

Bar Nachmoni in Breshith Rabba cap 22. contendit, caveri prorsus necubi animæ sese in

in Sheol penetrent, quarum corpora nondum fuerint ſepulta; quod perhibent aliquoties etiam *Talmudici*. Tractatus *Sanhedrin*, capite quarto, in illo commate, *Vox ſanguinis fratris tui me de tellure inclamat*, propterea quod alibi dicatur נפשו דמו *Anima ejus ſanguis ejus*, ideo קול דמי *vocem ſanguinis*, de voce animæ Hebelis interpretantur, quam etiam dicunt על העצים ועל האבנים *in ligna & lapides* jactitatam, nec acquieſſe quin huc illuc interim vagulatum iraret; idem ferunt *Medraſhim* de animabus *Nadabi*, *Abihu*, *Nabothi*, & ſimilibus biæothanatis, atque aoris.

Cæterum, ut iſthic quoque *Hebræos* æmulentur *Græci*, animas, quarum corpora nondum ſepulta eſſent, non admiſit tranſvectandas ſequiſenex Inferni ponto; qua de re *Patrocli* anima, *Achillem* in ſomnis juſta poposcit his verbis, *Iliade* ψ.

Εὕδεις, αὐτάρ ἐμεῖο λελασμένος ἔπλευ, Ἀχιλλεῦ,
Οὐ μέν μευ ζώοντος ἀκήδεις, ἀλλὰ θανόντος,

Θάπτε με, ὅτι τάχιστα πύλας Ἀΐδαο περήσω.
Τῆλέ με εἴργουσι ψυχαὶ εἰδώλα καμόντων,
Οὐδέ μέ πως μίσγεσθαι ὑπὲρ ποταμοῖο ἐάσιν,
Ἀλλ' αὖτως ἀλάλημαι ἀὶ εὐρυπυλὲς Ἄϊδος δῶ.

Ergo mei dormis jampridem oblitus, Achille,
Quodque fuit vivi ſtudium deferbuit omne,
Pelle moram, ſepeli, quo fas ſit limina Ditis
Indugredi: manes me arcent animæque ſilentum.
Nec mihi concedunt ripa ulteriore reponi,
Verum hic ante fores Orci fruſtra erro patentes.

Inde & Virgilius dixit,

——Hi quos vehit unda ſepulti;
Nec ripas datur horrendas & rauca fluenta
Tranſportare, prius quam ſedibus oſſa quierunt.

De iſtis autem & *Sheol*, & Ἀΐδης ſignificationibus alii multis egerunt.

SECT.

SECT. III.

Τῦ *Sheol* & Ἀΐδου notio non obſervata pridem : Nempe iſtis vocibus *Materiam Primam*, id eſt *Naturam Corruptibilem*, deſignari.

Probatur ex Hebræorum *parte auctoribus R. Moſe f. Mayemonis, & R. Levi f. Gerſhomi.* Ægyptiis & Arabibus *eandem haberi* Materiæ *notionem.* Τῦ Sheol *ſive* Materiæ *ſphæra. Locutiones inde natæ.* Græcorum *notio* τῦ Ἅιδου *iſti* Hebræorum *conſimilis.* Naturam *illis* Concretione & Ebullitione *(vel ut vulgo loquuntur* Fermentatione) *definiri. Nihil interire. Nullam dari mutationem in rebus præterquam loci.* Utriquæ principio, *tam* Paſſivo *quam* Activo, *tam* Materiæ *quam* Deo, *Æternitatem ab illis tribui.* Materia *Pythagoreis* Ἀνάγκη. *Valentianorum Duo Principia* Achamoth & Ἀνάγκη. *Malum* Materiæ *aſſcriptum à* Græcis & Judæis. *De* Duabus *myſticis* Civitatibus *apud* Homerum.

De Duobus *Chaldæorum* principiis Oromasda *&* Arimanio. *Quid duobus principiis ſigillatim tribuatur à* Græcis *&* Ægyptiis. *Sacra gentium initia his dicata.* Duorum principiorum *error longe terrarum pervagatus.* Ἀνάγκην *in Simmiæ Alis* Materiam *ſive* Chaos *deſignare contra Salmaſium. Hieroclis locus expoſitus contra Morellum & Grotium. Falli Grotium in adſignanda Platonis opinione, & illa Judæorum & Chriſtianorum de rerum conditu. Perperam etiam ea in re trahi Galenum ad partes Chriſtianas. Omnia ex* Materia *profecta, eodem citra jacturam reverti, juxta veteres.* Solem Materiæ *diſpenſatorem eſſe. Scena* Materiæ *reciprocandæ juxta* Græcos.

VErum eſt & alia adhuc utriuſque vocis notio quam noſtrorum nulli hactenus, quod ſciam, adverterunt: quæ tamen Philoſophici commatis *Hebræis* & *Græcis* ſcriptoribus præcipua ſit, & quaſi fundus reliquarum. Iſtius modi quippe *Hebræis* Sheol *Naturam Subcæleſtem*, Generationis & corruptionis continentibus *Euripis* agitatam, atque adeo *Materiam Primam* ſignificat. Solent enim *Hebræi* ſummam rerum trifariam

am diſpertiri; in *Angelicam* partem, *Cæleſtem*, & *Subcæleſtem* quam & *Materiam Primam* vocant. Nec Angelicam tantum, verum etiam Cœleſtem partem (perinde ac *Peripatetici* Quinteſſentiam ſuam) omni labe alterationis eximunt: ut utri ab utris acceperint, haud facile internoſcere liceret, niſi vetuſtas nos plerumque à parte *Judæorum* iſtarum literarum clade deſtituiſſet; qua *anno Chriſti* 1553 duodecies mille volumina *Hebraica* Cremonæ exuſta ſunt, pariterque per univerſam *Italiam* ſævitum eſt; ut omittam quæ alibi alias iiſdem acciderunt. Sic autem R. *Moſes* f. *Mayemonis*, in Doctoris dubitantium libro ſecundo capite decimo, juxta expoſitionem R. *Samuelis Ebn. Tibbon.*

ואמנם אמרם שהמלאך שליש העולם
והוא אמרם בבראשית רבה בזה הלשון
שהמלאך שלישו של עולם הוא מבואר מאד
וכבר בארנו זה בחבורנו הגדול בתלמוד
כי הנבראות כלם שלשה חלקים השכלים
הנפרדים הם המלאכים והשני נופות
הגלגלים והשלישי החמר הראשון רוצה
לומר הגופות המשתנות תמיד אשר תחת
הגלגל כן יבין מי שירצה להבין חידות
הנביאה ויעור משנת השכחה וינצל מים
הסכלות ויעלה אל על יונים למעלה
אמנם מי שיטבע לו שישוט בימי סכלותו

וירד מטה מטרה לא יצטרף שיטריח גופו
ולא לבו יניח החנועה והוא ירד למטרה
בטבע והבן קל מה שנזכר והשחכל בו:
Dicunt utique, Angelus eſt tertius mundus, quod etiam dicunt totidem verbis in Bereſhith Rabba, quod Angelus ſit tertia pars *mundi* (locus eſt in סדר ויצא fol. 44.col.1.edit.Bomberg.) *id plane liquet, eſtque nuper in hoc argumentum, in Diſquiſitionibus noſtris magnis in Talmudem, explicatum*; (locus eſt in Jad, tractatu de Fundamentis legis, capite ſecundo) inibi quippe docuimus *Summam rerum in tres partes* diſtingui, *in Mentes ſeparatas, quæ Angeli dicuntur: Secundo in corpora cœlorum*; *Tertio, in Materiam Primam, id eſt, in corpora perpetuo mutabilia quæ ſub cœlo ſunt. Ita intelligit quicunque griphis propheticis intelligendis animum advertit, atque ex oblivionis veterno expergiſcitur, & excutit aquas ſtultitiæ, & adſcendit ad ſuperos in alto* agentes. *Sed cuicunque arridet in ſtultitiæ pelagus immergere ſeſe & inferius deſcendere, non* habebit *opus* ea de re *corpus animumve ſuum vexare*; *otioſe ſe habeat modo & ſponte ſua ad ima deſcendet. Tu vero memorata hæc omnia perpende.* Idem capite proximo כל נפרד חשפע
סמנו גם כן המצאה אחת עד שיגיעו הגל גלים
אל גלגל הירח ואחריו וז״ל הגוף ההוה
הנפסד

הנפסר רוצה לומר החמר הראשון ומה שהורכב מסנו: *Omnes Intelligentiæ de ſe influunt in rem aliam aliquam; quoad orbes cœleſtes pervadentes ad uſque orbem Lunæ pertigerint, & corpora ſubjecta (quæ corruptibilia ſunt) Materiam nempe Primam & quæ ex ea conflantur.* Hoc pacto *Syneſius*, ex Platoniſtarum ſententia, *ſublunaria* ὕλαν πολυκύμονα vocat, Hymno II. Itidem *R. Levi Ben Gerſhom* in *Proverbiorum* cap. XV. v. 11. & XXVII. v. 22. per Sheol ההילי הראשון *Materiam Primam* intelligit: qua de re tametſi *Giggeius*, qui mentem illius minime perſpexit, *mendacis philoſophaſtri* elogio eum ſugillet, nos conabimur iſtam *Inferni* notionem aliquatenus ſubinde illuſtriorem reddere. Idem *Gerſhomides* (in cujus præſertim ſcriptis plurima vetuſtiſſimæ *Philoſophiæ* veſtigia hodieque extant) in *Proverbiorum* caput XXX. v. 16. hæc habet, שאול והיא ההילי הראשון ירמהו אל המטרה המוחלט וגו *Sheol eſt Materia Prima, habetur vero pro penitus infimo: Propterea quod naturæ prorſus imperfectæ ſit, quod* vel *inde conſtat, quoniam illi non ſit ſatis unica forma veſtiri, niſi repente aliam & poſtea aliam induat.* Quamvis enim Angelicam, Cœleſtemque pariter naturam ſuis unis formis

mis abunde completas censeant, Subcœlestem interim *totius universi fæcem* vocitant; utpote quæ nullius formæ tenax, ad alias atque alias subinde inexplebili petacitate sese comparet. Rerumque variis reciprocationibus, modo ad hujus vitæ lucem, modo ad *Inferni*, id est *Materiæ*, tenebras, totius naturæ subcœlestis curriculum absolvi statuunt.

Τῷ Sheol vero *Hebræorum*, respondet *Ægyptiorum* ⲁⲙⲉⲛϯ Unde & *Plutarchus* Ἀμένθην exponit, Τὸν λαμβάνοντα καὶ διδόντα libro de *Iside* & *Osiride*. Perinde ac يَاصُولَ pro *materia* sive *Philosophi Arabes* يَاصُولَ *chao* usurpant, unde res, quæ abolitæ videntur, tanquam à radice reger- مَعَادٌ *mahad* est *locus ad quem* minant. Sed & مَعَادٌ *reversio fit*, à radice عَادَ *rediit*, teste *Ebn Sennæ* in libro sic inscripto. Nec operæ fuerit ad frigidum anagramma vocis *Adamah* confugere; quod nec rem conficiet nisi & gutturales gratis alternentur: neque enim crediderim *Sanfordium*, sive *Parkerum*, istius notationis institorem, vocem *mahad* Arabicè scriptam unquam vidisse. Istam autem vocem *Resurrectionem*

rectionem, ejuſque ſtatum frequenter *Arabibus* deſignare cer- · · · tum eſt. Iiſdem autem البرزخ *Alberzach* idem ac *Sheol* & Ἅιδης ſignificat.

R. *Abraham* f. *Eſdræ* in *Jonæ* caput II v.3. *Sheol* exponit מקום עמוק הפך שמים מרוא מרום *locum humilem, oppoſitum cœlo, quod imminet*, vel *quod eſt altum*. R. Levi. f. Gerſhomi in *Jobi* cap. XXIII. v.6. *Sheol* exponit per מרכז הארץ *centrum terræ*: quod per μνημονικὸν ἁμάρτημα ex *Ebn Eſdræ* citavit *Buxtorfius* in voce: שאול verba enim f. *Eſdræ* eo loci (quod ſciam) non ſunt; ille autem in eandem ſententiam ivit in *Proverbiorum* cap. I. v. 13. In terræ etiam medi: ullio *Infernum* ponit *Rabbi D. Kimchius* Judæorum eruditiſſimus, quem *R. Solomon Ben Melech*, nuper *Amſteldami* editus, ubique tranſcribit. Porro quoniam res integræ ex partium minimarum coalitu aptæ in ſubdivali tum comparentes *ſolem* vel *lucem adſpicere*, *inque ea verſari* ſancta dialecto perhibentur: (ut ex *Pſalmi* LVIII. v. 8. Tanquam *intempeſtivus fructus mulieris ne adſpiciant ſolem*, & non paucis aliis S. Scripturæ locis plane patet; quo freti in illo Propheræ de

Reſur-

Resurrectione כי טל אורת טלך *quia ros herbarum ros tuus*; Chaldæus ארי טל נהור טלך Syrus ܡܛܠ ܢܗܘܪܟ ܢܗܘܪܐ: & Hieronymus, *quia ros Luminum ros tuus*, (cum vox Hebræa anceps sit) vertere maluerunt; propterea quod *vitæ* recuperatæ *lucis* denuo usura obveniat. Inde & Resurrectionem mortuorum *auroræ* vocabulo venire legas, *Psal.* XLIX v. 14. (*Justi dominabuntur illis in aurora.*) Ut, è regione, cum soluta compage avolant recidivæ particulæ, quælibet quo præscribit naturæ suæ momentum, anima ac spiritu remeante ad fontem unde primitus manarat, quia res tunc sunt ex oculis sublatæ, antiquum obtinere desinentes לשאולה *in Infernum*, מתחת לארץ *subtus terram*, quia nusquam comparet superius, corpusque eo redierit, cessisse dicitur. *Psaltes* figurate locutus, eodem respexit, dicendo תשוב תחיינו ומתהומות הארץ תשוב תעלנו *Revivificabis me, & è voraginibus terræ readscendere facies me*, Psalmo LXXI. v. 20. *Habitare fecit me in tenebris uti qui longum mortui*, במחשכים כמתי עולם Psal. CLXIII. v. 3. Ejusmodi est *terra oblivionis*, & Jobi memorata *terra tenebrarum & umbræ mortis*, quibus verbis *Infernum* circumloquuntur.

Sacris

Sacris etiam literis mortui *ne esse quidem* dicuntur, *Psal.* XXXIX. *ante quam discedo, & non ego.* Jacobus *de* Josepho *&* Simeone, quos mortuos putabat, יוסף איננו ושמעון איננו *quod ad Josephum attinet, ille non est; & quod ad Simeonem attinet, ille* etiam *non est.* Sic *Rachel deflens liberos suos, recusavit consolari, quia non sunt*; Hieremiæ XXXI. v. 13. Sophocles, Homerum imitatus, *mortuos* οὐκ ἔτ' ὄντας appellat. Hinc in Comœdia, *perii, nullus sum.* Plautus Persa, Act. IV. sc. 4. *Omne ego pro nihilo esse ducto quod fuit, quando fuit. Mortui ergo nulli* Tertulliano. Ciceroni *mortui ne sunt quidem* Tusc. quæst. 1. Quæ enim non comparent, plebeiis ingeniis ægre quidem, esse, viceris; atque ad horum captum descendit sacra dialectus: hinc ὄντα καὶ φαινόμενα aliquoties confundi legas. Mater septem juvenum *Macchab.* II. c. VII. v. 28. asserit Deum mundum creasse ἐξ οὐκ ὄντων, auctor ad *Hebræos* cap. XI. v. 3. μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα, id est, ἐξ οὐκ ὄντων ὄντα. *Sheol* autem ita circumlocuti, cisiariis è trivio oculis naviter utentibus gratificantes, nihil aliud αὐτόσχεδια volebant præter summotionem

motionem & ἀφανισμὸν rerum à priſtino ſtatu & vita disjectarum, dum ſingulæ interim micæ, compoſiti nexu ſolutæ, citra interitum, qui ſummæ rerum demeret, ad ſua principia revertuntur: id *Hebræis* eſt deſcendere in *Sheol*. Eſt qui Concionatricis illud, cap. III. v. 20. *omnia tendunt* אל מקום אחד *in locum unum*, eo ſenſu acceperit; nec abnuero. Atque hoc pacto Sheol Philoſophorum *Hebræorum*, revera idem eſt ac vetuſtiſſimæ Philoſophiæ *Chaos* ſive *Materia*; quam minus luculenter concinnavit *Ariſtoteles*, peſſime Interpretes.

Enimvero in *Græcorum* perceptis erat, ὡς ῥᾴδιον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ὑπάρξαι, ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν φθαρῆναι; ita quidem ſummæ rerum conſultum voluerunt: ſin rebus quamlibet mutatis accideret interitus, ſequeretur univerſa tandem abolitum fore, nec ſuppetere unde res poſtliminio renaſcerentur. Naturam ergo Σχεδασμῷ ξυνιόσῃ ἀτόμων definiunt. *Empedocles* apud *Plutarchum* ſcivit,

Ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμενα εἰς ἓν ἅπαντα·
Ἄλλατε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα φορούμενα νείκεος ἔχθει.

Idem

Idem *Empedocles* primo Physico,

Ἄλλο δέ τοι ἐρέω, φύσις οὐδενός ἐστιν ἑκάστου
Θνητῶν, οὐδέ τις οὐλομένη θανάτοιο τελευτή,
Ἀλλα μόνον μίξις τε διάλλαξίς τε μιγέντων
Ἔστι, φύσις δ' ἐπὶ τοῖς ὀνομάζεται ἀνθρώποισι.

Tzetzes in Allegoriis de *Empedocle*,

Μίξιν γὰρ αὐτὸς καὶ διάλλαξιν λέγει
Φύσιν——.

Διάλεξιν habent libri à *Morello* editi, perperam hinc etiam Ἀΐδην sive Orcum τὸ διαλλάττοντα *permutatorem* vocarunt veteres, ut *Pharnuthus* notat capite ultimo, utpote quem penes rerum status solutus sit, M. *Antonius* quarto τῶν εἰς ἑαυτόν. Ὁ θάνατος τοιοῦτο οἷον γένεσις, φύσις μυσταγωγία, σύγκρισις ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων εἰς τὰ αὐτά. Hoc idem Ægyptii *Osiridis* ἀφανασμοῖς καὶ ἀναδιώσεσι significabant. Idem & *mystica vannus Iacchi*, unde res excussæ perpetuo redituriunt, sibi voluit. *Valentiniani* (apud *Irenæum*) naturam ἐκβεσμῷ *fermentatione* absolvunt: quam notionem à veteribus mutuo sumserunt. *Pharnuthus* enim libri περὶ θεῶν φύ-

σεως,

σεως, cap. III. Naturam pariter σύγκρισιν καὶ βρασμὸν τῆς ὕλης (ut *Aldus* edidit) *Concretionem & Fermentationem materiæ* vocavit; vetus interpres Aldinam lectionem confirmat, qui *ebullitionis* voce hic usurpata se βρασμὸν legisse planissime ostendit. Valentiani ζυμώσεως vocabulo similiter utuntur, non procul initio Excerptorum quæ subjunguntur *Clementis Alexandrini* operibus. (*Phasianus*, qui istum *Pharnuthi* librum *Latine* pervertit, legit κρασμὸν τῆς ὕλης, sed invita sententia loci, & reclamante *Hellenismo*; κρασμὸς enim est verbum nulli, quod sciam, rei.) Tantæ saltem antiquitatis est *Fermentationis* notio. Ἐξ ἑνὸς τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς ταὐτὸ ἀναλύεσθαι dixit *Musæus*. Quo sensu *Carneades*, ἡ συστήσασα φύσις καὶ διαλύει. Et *Thales*, *Physicorum princeps Tertulliano*, οὐδὲν τὴν θάνατον διαφέρειν τοῦ ζῆν. Sed & antesignanus noster *Hippocrates*, primo de *Diæta*, Ἀπόλλυται μὲν οὐδὲν ἁπάντων χρημάτων, οὐδὲ γίνεται ὅ, τι μὴ καὶ πρόσθεν ἦν, ξυμμισγόμενα δὲ καὶ διακρινόμενα ἀλλοιοῦται νομίζεται δὲ πρὸ

τῶν

τῶν ἀνθρώπων, τὸ μὲν ἐξ ᾅδου ἐς φῶς αὐξηθὲν γενέσθαι, τὸ δὲ ἐκ τοῦ φάεος ἐς ᾅδην μειωθὲν ἀπολέσθαι. *Ex rebus quidem universis perit nihil, neque nascitur quod non prius erat: commistæ vero ac separatæ alterantur. Vulgo autem existimatur illud quidem, quod ex orco in lucem crevit, nasci; id vero, quod è luce in orcum imminutum fuerit, perire.* Istæ phrases ἐς φῶς αὔξεσθαι atque ἐς ᾅδην μειοῦσθαι modum continent unde contingat rem natam in lucem emergegere ac conspici, atque vicissim quo pacto eadem res denata vanescat è conspectu. Nascitur enim ac conspicitur *crescendo, molemque augendo; denascitur decrescendo, ac mole sic tandem minuta ac dissipata, ut ne compareat* quidem. Πληρωθὲν μὲν ἐφάνη διὰ τὴν τῆς παχύτητος ἀντιτυπίαν, ἀόρατον δέ ἐστιν ἐκκενωθὲν διὰ λεπτότητα, inquit *Apollonius* in Epistola ad *Valerium*, quæ extat inter *Græcas Cujacii* versionem *Latinam* mentientes: ᾅδης enim veteribus est ἀφανισμός. *Gobryas* in *Axiocho* pro κατελθεῖν εἰς ᾅδου, εἰς ἄδηλον χωρεῖν τόπον dixit; hinc ἀΐδος κυνῆ proverbialiter submovet ex oculis atque invisibile

visibile quid præstat. Frustra ergo queritur *Lucretius*, quod

——— *Nusquam apparent Acherusia regna:*

neque enim debent. Huc refer Poeticæ Theologiæ fabulam, quæ vult τὸ Κρόνον progeniem omnem quam ἐκ' Ρέας, id est, fluida natura susceperat, devorare ac denuo revomere. Ista rerum vicissitudo ἀνακύκλησις solenniter à *Plutarcho* in Consolatorio ad *Apollonium* & alibi dicitur: ut & apud Nicomachum Gerasenum. Et simpliciter κύκλησις & εἰωθὼς δρόμος à *Platone* in *Politico*. *Synesius* Hymno II. ad Deum,

Ἐξολλυμένων	*Deperditorum*
Κύκλος ἀΐδιος,	*Circulus æternus,*
Τοῖς σοῖς πνοίαις	*Tuo adflatu*
Ἀναζαλπόμενος,	*Refocillatus,*
Σοὶ μία πάντων	*Tibi per omnia*
Ἵστησι χορούς.	*Choros statuit.*

וגלגל הוא החוור בעולם *& rota hæc in æternum circumvolvitur*, ut loquitur *R. Jonas* in Porta Pœnitentiæ, fol. 42. p. 2. Istam ἀνακύκλησιν *S. Jacobus* cap. III. v. 6. τὸν τροχὸν τῆς

τ γενέσεως vocat. (γένεσις autem idem valet quod φύσις, ut docti norunt: quemadmodum etiam idem sanctus *Jacobus* πρόσωπον τῆς γενέσεως pro πρόσωπον τῆς φύσεως, id est, φυσικὸν posuit.) Idem sibi voluit Πεζοδικὴ παλιγγενεσία *Pythagoræ*. (Quam παλιγγενεσίας vocem etiam Christus usurpavit, ad significandam redintegrationem rerum olim futuram; Matthæi XIX. v. 28. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὑμεῖς οἱ ἀκολουθήσαντές μοι, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ ὅταν καθίσῃ ὁ υἱὸς τ ἀνθρώπ ἐπὶ θρόν δόξης αὐτ, καθίσεσθε κ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνους. Nimirum πικτέον post ἀκολουθήσαντές μοι, referendo ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ, ad sequentia: quod Stephanus notat quinque MSS. confirmari.) Idem sensisse *Democritum*, *Diodorum*, *Leucippum*, & veteres plerosque Physicos liquet. Istis adde *Epicurum* in Epistola ad *Herodotum*, quam nobis Epicurismi assecla *Laertius* conservavit. M. *Antoninus* libro V. καταταχήσεται πᾶν μέρ ἐμὸν κ μεταβολῇ, εἰς μέρ τι τ κόσμ· κ πάλιν ἐκεῖνο εἰς ἕτερον μέρ τ κόσμ μεταβαλεῖ, καὶ ἤδη εἰς ἄπειρον· κ τοιούτῳ δὲ μεταβολῇ καὶ ἐγὼ

ὑπέστην, καὶ δι' ἐμὲ γεννήσαντες, καὶ ἐπανιόντι εἰς ἄλλο ἄπειρον. Οὐδὲν γὰρ κωλύει οὕτως φάναι, κἂν κατὰ περιόδους πεπερασμένας ὁ κόσμος διοικῆται. *Referetur unaquæque mei pars per mutationem in aliquam mundi partem: Et hæc rursus in aliam mundi partem transibit, idque ad infinitum usque. In hac autem vicissitudine & ipse exstiti, perque me parentes mei, idque in infinitum usque retro eundo. Nihil enim vetat quin sic loquamur, tametsi mundus per certas revolutiones disponatur.* Eadem habes apud *Plutarchum* lib. de Consol. ad *Apollonium. Apollonius Tyanensis,* nuper laudatus, *Valerio* persuasurus Οὐ πενθητέον εἶναι τὸν θάνατον, istis consentit, nullamque *mutationem* fieri posse pertendit, præterquam *loci* solius; (χωρῶν διαμοιβὴν adpellat *Plato*) mortem generationemque tantum specie quadam tenus fieri, de rerum summa nihilo decedente, facta solummodo particularum segregatione Ait etiam, Ἡ πρώτη οὐσία (quam alibi (cum *Plutarcho*, *Plotino*, *Pharnutho*, *Antonino*) veteres secutus, οὐσίαν simpliciter dixerat) μόνη ποιεῖ τε καὶ πάσχει, πᾶσι γινομένη πάντα, ΔΙΑ' ΠΑ'ΝΤΩΝ ΘΕΟ'Σ 'ΑΙ'ΔΙΟΣ.

Quæ

Quæ verba ob oculos habuit, credo, qui librum *De Admirandis Naturæ, Reginæ, Deæque mortalium* inſcripſit, *Vaninus*; iſtius Deæ infrunitus ſacerdos, idem & infame ſacrificium. Enimvero utrique Principio non Δημιουργῷ tantum ſed etiam *Materiæ* ſive *Chao* æternitatem, deitatemque, cum *Apollonio* adſcripſerunt veteres *Græci*; ſibique ignoſci poſtulant, ſi ſummo illi opifici univerſitatem ex nihilo potuiſſe facere non concedant: rati ſe illi belle litaſſe, cui acceptum ferunt quicquid pulchritudinis atque ordinis moli, quæ pridem tumulti plurimum, ornati nihil habuit, acceſſerit. Inde univerſitati τοῦ κόσμου nomen *Pythagoras* primus fecit, memorante *Galeno, Achille in Aratum*, & Auctore libri de Placitis Philoſophorum. Regem & Reginam *Pſyches* parentes (apud *Apuleium*) *Deum & Materiam* recte expoſuit *Fulgentius*, tametſi cætera minus adſequatur ob *Platoniſmi* inſcitiam. *Timæus* autem Locrus ſic decrevit: Δύο αἰτίας εἶναι τῶν συμπάντων· Νόον μὲν τῶν κατὰ λόγον, Ἀνάγκαν δὲ τῶν βίᾳ, κατὰ τὰς δυνάμεις τῶν σωμάτων· Τουτέων δὲ τὴν μὲν τᾶς ἀγαθῶ φύσιος εἶμεν θεόντε ὀνυμαίνεσθαι, ἀρχὰν

τε τ᾽ ἀείκτων, τὰ δὲ ἐπόμενά τε καὶ συναίσια εἰς ἀνάγκην ἀνάγεσθαι. *Binas omnium causas esse, Mentem horum quæ juxta rationem, Necessitatem vero illorum quæ vi fiunt secundum corporum facultates: Harum autem unam naturæ bonæ conditricem esse, Deique nomine gaudere, atque optimorum principium haberi; consequentia vero ac concurrentia Necessitati accepta ferri.* Qui nosse velit quid τὰ ἑπόμενά τε καὶ συναίσια sint, legat Maximum Tyrium Dissertatione XXV. cap. primum φυσικῶν ἐκλογῶν Stobæi, & Proclum in hunc Timæi locum. Quam autem hic ἀνάγκην *necessitatem*, post paucula ὕλην *materiam* vocat. *Numenius* quoque ex *Pythagoræ* sententia, *Sylvam* (id est ὕλην) *Necessitatem cognominat, ex qua & Deo, mundi machinam constitisse, Deo persuadente, Necessitatem obsecundante*, censuit: referente *Chalcidio* in *Timæum*, pag 399. Apud *Laertium* in vita *Platonis*, Ἔστι δ᾽ αἰτίαι εἰσὶ δύο, τὰ μὲ ἀφ᾽ οὗ εἶναι, τὰ δὲ ἐξ ἀνάγκης αἰτίας (φησὶ Πλάτων) λεκτέον· pro ἀφ᾽ οὗ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ habent libri editi perperam, falsus & interpres, sed & *Is. Casaubono* aqua hæsit.

sit. Fallitur itaque *Tertullianus* in Apologetico, ubi Λόγον *Artificem universitatis*, *Necessitatem omnium rerum dici* perhibet: *Necessitas* enim est vocabulum *Materiæ* tantum. Plutarchus, libro de Facie in disco Lunari; Duo hæc principia τὸ βέλτιον καὶ ἀνάγκην, M. Antonius libr. quinto αἰτίαν καὶ ὑλικὸν vocat. *Valentiniani* apud *Irenæum* ferunt *Achamoth* ἐκ σκιᾶς καὶ κενώματος τόποις ἐκλελεῖφθαι καὶ ἀνάγκην. Achamoth est חכמות Chokmoth, id est, ὁ νοῦς, ἀνάγκη est *materia*, ἐκλειψις *fermentatio* quæ interceſſit. Hæreticos autem iſtos *Barbaris* vocabulis uſos fuiſſe, εἰς κατάπληξιν τῶν τοιαῦτα πεθομένων, teſtis Euſebius, Hiſtoriæ quarto. חכמה Chokmah autem, vel *Ægyptiaca* terminatione Valentinianorum Chokmoth, ſecundas obtinet in Triade Cabalica: cui Λόγος ſive νοῦς reſpondet in Triade Pythagorica. Ut ergo hi *Menti*, ita illi ſuæ Chokmoth, i.e. *Sapientiæ*, mundi opificium tribuebant: quocirca illud Moſis *In principio creavit*, *In ſapientia creavit*, בחוכמא vertere maluit, interpres Hieroſolymitanus, qui Cabaliſmis ubiq; ſcatere ſolet. Iſtæ nugæ Valentinianorum ἄνευ τῆς παραλλήλου τεσσαρείας

Cabalicorum exponi non possunt. In Resurrectione Generatio cessabit (inquit supposititius *Josephus* in fragmento quod edidit D. *Hæschelius* in Notis ad *Photium* pag. 9.) οὐ θηρίων γενέσεις πάλιν, οὐδὲ τῶν λοιπῶν ζώων ἐκβρασσομένη οὐσία. *Materia non bulliet denuo in ferarum ac reliquorum animalium generationem. Materia* etiam dicitur ἀνάγκη ἄμορφος in vita *Platonis* apud *Laertium*: sed interpretes locum non intellectum corrupere. Quorsum vero *Materiam Necessitatem* vocet, ex dictis *Timæi* liquet; nempe quia opinabatur mentem prava *materiæ* conditione, quæ non quita est corrigi, impeditam; quicquam melius quam præstiterit, nequisse extundere. *Plato Locrensis Philosophi* interpres, Βουληθεὶς ὁ Θεὸς ἀγαθὰ μὲν πάντα, φλαῦρον δὲ μηδὲν εἶναι κατὰ τὴν δύναμιν· οὕτω δὴ πᾶν ὅσον ἦν ὁρατὸν παραλαβὼν, οὐκ ἡσυχίαν ἄγον, ἀλλὰ κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως, εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας, ἡγησάμενος ἐκεῖνο τούτου πάντως ἄμεινον. Cicero vertit, *Quum constituisset Deus bonis omnium explere mundum, Mali nihil admiscere quoad natura pateretur; quicquid erat, quod in cernendi sensum caderet,*

id

id sibi adsumsit, non tranquillum & quietum sed immoderate agitatum & fluctuans: idque ex inordinato in ordinem adduxit, hoc enim judicabat esse præstantius. Hanc *materiam* æternam statuendo, non tantum Divino opifici provinciam quam ornaret, suffecerunt; verum etiam quæstionem ἀμήχανον solutum ibant. De *Mali origine*; quod περιπλεῖν γεννητὴν ταύτην φύσιν ex *Academicorum* sententia asserit *Plotinus*. *Malum* quippe, generis utriusque, *Materiæ indomabilitati* imputabant: eaque de re agit *Plotinus* toto *Enneadis* primæ libro octavo. Ibi hæc habet, Μεμιγμένη γὰρ οὖν δὴ ἡ τοῦ δὲ τοῦ κόσμου φύσις ἔκ τε Νοῦ καὶ Ἀνάγκης· καὶ ὅσα παρὰ Θεοῦ εἰς αὐτὸν ἥκει, ἀγαθὰ· τὰ δὲ κακὰ ἐκ τῆς ἀρχαίας φύσεως, τὴν ὕλην λέγειν τὴν ὑποκειμένην οὔπω κοσμηθεῖσαν εἴωθε [Πλάτων.] *Hujusce ergo mundi natura mista existit ex Mente & Necessitate: & quæ à Deo in illum proficiscuntur, Bona sunt; Mala vero oriuntur ab antiqua illa natura, quam Materiam subjectam nondum ornatam vocare (Plato) consuevit:* Juxta Platonem *mundo bona sua Dea tanquam patris liberalitate collata sunt: mali vero matris Sylvæ vitio cohæserunt*, inquit

Chalcidius pag. 396. quem inſpicias, ſi plura hac de re velis, & *Maximum Tyrium* Diſſertat. XXV. *Porphyrius*, referente incerto auctore apud *Photium* (pag. 1315.) inquit ἐξ ἀνάγκης δὲ ἐστὶ καὶ ἡ κακία εἰς τὸν περὶ γῆν τόπον. Hinc vitia *corporeas peſtes* adpellat Virgilius, ὑλικὰς πράξεις *Irenæus*, *Syrus* 1 *Petri* cap. II. v. 11. ܪܓܝܓܬܗ ܕܦܓܪܐ; sic תאוה גופיית *appetitus corporeus* pro vitioſo paſſim occurrit apud *Rabbinos*; ὑληγενὴς οἶστρος Syneſio dicitur; ——— *Pulſus*

Materiæ, ———

Prudentio, in Hamartigenia. Inde & κακία ἔνυλος Academicis identidem. Hinc apud *Orpheum* legas,

—— Ἀρχαίου χάεος ἀμέγαρτον ἀνάγκην.

ἀμέγαρτος autem eſt πολλὴ, exponente Etymologo. *Chaos inſuperabile* dicitur *Paulino* Poetæ. Hinc illud *Arnobii* πύσμα, lib. primo, *Quid ſi prima Materies, quæ in rerum quatuor elementa digeſta eſt, Malorum omnium cauſas ſuis continet in rotationibus involutas?* Judæi itidem ſentiunt. הרעית כלם העדרום וגו׳ *Mala omnia* utpote *privationes, materiæ accepta ferri debent*, inquit *Mayemonides*, Doctoris

ctoris part. III. cap. VIII & alibi. Auctor libelli de morte *Mosis*, non procul initio, exponens illud, *Non est justus in terra qui faciat bonum & non peccet*, inquit, טעם בארץ מפני רוב נסות החומר העב הגורם לחטא *Dixit* in terra *propter magnam densæ materiæ crassitiem, quæ mali causa est.*

Græcis Deus opifex Ζεὺς dicitur, *Æthiopibus* ኣግዚእ፡ ስማዪ *Ygzia Smái*, id est *Dominus cœli*, (istud nomen corrupte scribitur apud *Leonem Afrum* p. 22.) penesque illum vita; Materia ᾄδης penes quem mors sive dissolutio. Sic omnia sunt aut ἐν Διὸς, aut ἐν Ἀΐδου. Ζεὺς, cui lux & dies in ditionem cedit, φιλίαν sive ἔρωτα ministrum habet: hinc in collo scarabæi, per quem *Generationem* (Oro teste) innuebant *Ægyptii*, ⲫⲩⲗⲓⲁⲛ scribebant, quæ vox φιλίαν significat: Ἀΐδης νεῖκος ὑπουργὸν habet, cujus vi res tenebris atque ἀφανισμῷ obvolvuntur; ᾄδης enim est lucis privatio Etymologo, *Plutarcho*, *Platoni*, &c. Inter hæc duo principia, mundus sensibilis perpetuis ἀμπότισιν ac reciprocationibus agitatur. Hæc duo principia, duabus istis civitatibus

Vulcani

Vulcani cœlo in *Achillis* clypeo descriptis, adumbravit princeps Poetarum, indeque traxit *Empedocles*. Μεταθέθηκεν ὅμως (Ὅμηρος) ἀλληγορικῶς ὅτι τὰς δύο πόλεις, τὴν μὲν εἰρήνης, τὴν δὲ πολέμου παρεισάγων ἵνα μὴ δ' Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος ἀπ' ἄλλου τινὸς, ἢ παρ' Ὁμήρου τὴν Σικελικὴν ἀρύσηται δόξαν· ἅμα γὰρ τοῖς τέσσαρσι στοιχείοις, καὶ τὴν φυσικὴν θεωρίαν, παρέδωκε τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν. Τούτων δὲ ἑκατέρου Ὅμηρος ὑποσημαίνων, πόλεις ἐχάλκευσε τῇ ἀσπίδι, τὴν μὲν Εἰρήνης τυτέσι φιλίας, τὴν δὲ Πολέμου τυτέσι Νείκους. *Homerus ergo allegorice transiit ad duas civitates, hanc Pacis, illam vero Belli introducens: ita ut Empedocles Agragantinus à nullo alio præterquam ab Homero Siculam opinionem traxerit. Simul enim cum quatuor Elementis, quæ in Philosophia naturali celebrantur, etiam Litem & Amicitiam conjunxit: quorum utrumque Homerus innuens, Civitates scuto incudit; hanc Pacis id est Amicitiæ, illam vero Belli id est Litis,* inquit *Heraclides Ponticus* in Allegoriis. (Qui, pace *Gesneri*, *Aristoteli* coætaneus esse non potest; cum *Aratum* & *Eratosthenem* citet, quorum hic sesquiseculo, ille seculo circiter, *Aristo-*

tele

tele junior fuit.) Eadem ſenſere *Chaldæi*, quibus Boni omnis, Lucis & Vitæ præſes Ὡρομάσδης *Perſis* הורמזד & corrupte הורמד *Hormizd:* Mali autem tenebrarum & Mortis Ἀρειμάνιος audit. Ὀρμισδάσης atq; Ἀειμάνης apud Agathiam, hiſtoriæ ſuæ ſecundo, dicuntur.) Hiſce duobus Principiis ſeorſim famulati ſunt Duæ iſtæ Chaldæorum nobiles ſectæ, Ὀρχηνοὶ ac Βορσιππηνοί. De quibus Strabo, Arrianus, Plinius, Ptolomæus, Theodorus, Meliteniota, aliique meminerunt. Oromaſdes autem dictus videtur ab אור *ur, lux, ignis;* & מצר *matzad, muniit, cuſtodiit:* erat hoc *Solis* indigitamentum, quod eſſet *Lucis penus, arx,* ſive *promptuarium*; quo ſenſu eum Διὸς φυλακὴν vocavit Pythagoras, ab his forſan edoctus. Hunc *vitæ principem* habebant, cui ſeſe addixerunt Orcheni, ipſi ab urbe Orchoe, vel Orcha, (multifariam quippe ſcribitur) quæ אור Ur Chaldæorum, Abrahami patria perperam habetur, nomen ſortiti. Salmaſius, in Præfatione ad Annos Climactericos, terminationis ratione minime animadverſa, Orchenos dictos exiſtimat, quod *eſſent ſacerdotes ignis,* אור כהניא *Ur cohania* enim tantundem Chaldaice ſignificat. Sed omnino conſtat

conſtat nomen illud ab urbe memorata inditum, terminatione gentili addita. Ab Ὀρχὴ Ὀρχηνοὶ: Sicuti à Βόρσιππα vel Βορσίππη, Βορσιππηνοὶ, uti dicti ſunt alterius ſectæ proceres, qui Arimanio præcipue litabant. Dictus autem videtur Arimanius ab ערם *aram*, quod *coacervare* & Hebraica & Chaldaica lingua ſignificat, ut poſſem multis exemplis docere; tametſi id Lexica pleraque præterierint. Arimanius ergo *materia*, ſive *Chaos* eſt, immanis ille acervus ad quem ſoluta omnia redeunt ἀφανισθέντα denique ac tenebris obvoluta. Ut autem urbs illa, quam Orcheni, *lucis antiſtites*, tenebant, nomen à *Luce* ſumſit: itidem ab ejus contrario factum eſt Urbi nomen, quam contrarii principii ſacerdotes incolebant. Borſippa enim à בור ספן *Bor*, & *ſaphan*, *honorare*, quod *Bor* illic in ſummo *honore* eſſet, dici videtur. *Bor* autem *ſepulchrum*, ἅιδης, ἀφανισμὸν, *Statum rerum tenebroſum* atque *inviſibilem*, omnia quæ *Sheol*, ſignificare, pridem notavimus. Sciſcunt autem cum illis Veteres Græci *Superiorem* univerſi partem ὑπὸ Ζηνὸς *ſub* Jove *vitæ præſide* ſtabili ac luculenta tranquillitate ac perpetuo Bono frui, rebus Adminiſtra Amicitia pro-

procuratis: è regione, *Infimam* universi partem ὑπὸ Πλούτωνος ἡ Ἀΐδης, *sub Mortis Arbitro Summano*, dira caligine obnuptam, impotente dissidentium principiorum Lite, ac pugnæ nunquam diremtæ Malis exerceri. Regio itaque Infima, ἀνάσσης δρόμος dicitur Oraculo *Chaldæo*. *In media* vero universi parte, ut loquitur Euripides,

Οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ κἀκκακὰ
Ἀλλ' ἔστι τις σύγχρασις.
Bonum Malumque mutuo sese premunt,
Diremta nusquam ———.

Alternis quippe *Jovem* & *Vejovem*, Vitam & Mortem, Lucem & Tenebras, Bonum & Malum obtinere. Ἀπὸ δυεῖν ἐναντίων ἀρχῶν, καὶ δυεῖν ἀντιπόλων δυνάμεων, τῆς μὲν ἐπὶ τὰ δεξια καὶ κατ' εὐθείαν ὑφηγουμένης, τῆς δὲ ἔμπαλιν ἀναστρεφούσης καὶ ἀνακλώσης, ὅθεν τὸ βίος μικτὸς, ὅ, τε κόσμος, εἰ μὴ πᾶς, ἀλλ' ὁ ὑφ' ἡμᾶς οὗτος, καὶ μετὰ σκληνίου, ἀνώμαλος καὶ ποικίλος γέγονε καὶ μεταβολὰς πάσας δεχόμενος. *A duobus contrariis principiis, atque potestatibus duabus adversis; hac ad dextram recta ducente, illa vicissim obvertente & repellente; vita mista fit,*

fit, ut & mundus, si non omnis, saltem hic in terræ confinio ac sublunaris, inæqualis ac varius fit, omnibusque mutationibus obnoxius, inquit Plutarchus libro de *Iside* & *Osiride*. Ab istis reciprocationibus, quibus Materia perpetuo subjacet; Ἀνάγκη παλινδίνητος eleganter dicitur à Christiano poeta, cujus carmen Εἰς τὴν Σωτῆρα operibus Claudiani inseritur. Sic Cereri (quæ Naturam significat) ἐγκυκλίους δίνας tribuit Orpheus, *Amfractus circaneos* Scaliger vertit. Hinc *Ægyptii Isidem*, quæ etiam illis est *Natura*,) multifariæ tincturæ vestes induebant. Στολαὶ δὲ αἱ μὲν Ἴσιδος ποικίλαι ταῖς βαφαῖς· περὶ γὰρ ὕλην ἡ δύναμις αὐτῆς, πάντα γενομένην καὶ δεχομένην, φῶς, σκότος· ἡμέραν, νύκτα· πῦρ, ὕδωρ· ζωὴν, θάνατον· ἀρχὴν, τελευτήν. Sed de his pluribus, in nostris ad illum *Plutarchi* librum, adversus *Athanasium Kircherum*, qui sese *OEdipi* titulo in istis venditat, in quibus ne *Davum* quidem præstat. Horum duum deorum honori præsertim litasse initia *Persica*, *Ægyptiaca*, *Eleusinia Græcorum*, *Romana*, alibi opportunius ostendam. Imo pleraque omnia sacra *Græcorum* ac *Romanorum* hisce duobus impen-

impendebantur. Ut enim Vitæ Præsidem luce exorta sacrificiis ac festiva vitulatione exceperunt; ita enim vesperi solebant τὰ κοιταῖα ἐπισπένδειν τοῖς νυχίοις, *cubalia facere Diis nocturnis*; *Plutoni*, nempe, ac *Cereri*, *Proserpinæ*, *Morpheo*, *Lemuribus* cum cætera farragine. Istas Gentium superstitiones in Ὀλυμπίων καὶ Φθιμένων τιμὰς distinguit *Clemens* centonum V. Quin & ludi utriusque gentis partim *Sacri* erant, dicati *Superis*, partim *Funebres* quæ *Inferis* vovebantur. De *Eleusiniis Pindarus* apud *Clementem Centonum* III. pag. 433.

Ὄλβιος ὅστις ἰδὼν ἐκεῖνα
Κοινὰ, εἶσ' ὑπὸ χθόνα·
Οἶδε μὲν βίου τελευτὰν,
Οἶδεν δὲ Διόσδοτον ἀρχάν.

Quo loco deliram admodum *Gentiani Herveti* versionem non castigavit *Heinsius*, qui recensuit. Sic igitur verto verbatim,

Beatus, qui, postquam ista viderit
Communia, it sub terram:
Novit quidem vitæ finem,
Novit & ab Jove *datum initium.*

Ista *Pindari* αὐτολεξεὶ expressit *Sophocles*, dicendo,

—Ω

——Ὦ τρισόλβιοι
Κεῖνοι βροτῶν, οἱ τᾶδε διερχθέντες τέλη
Μολῶσ' ἐς ᾅδου.

Διερχθέντες *Sophoclis* respondet *Pindarico* ἰδὼν atq; ita corrigenda nihili vox διερχθέντας in *Grotii* Annotationibus in Evangelia Edit. *Batavæ* pag. 764. quam *Londinensis* editio etiam male retinuit. Qui plura volet ad faciendam fidem, quod *Eleusinia* exhibendo vitæ Initium, *Jovem Superum*; Finem, *Jovem Inferum* respexerint, adeat *Apuleium*, qui diserte dicit. Hujusmodi deliriis Christianismo vitiando sategit, sub imperio *Aureliani*, *Manes Persa:* nec ulla unquam hæresis tantopere grassata legitur: nempe ista الثنوية Attanawiat *Dualitas* principiorum (ut *Arabes* vocant) per totum Orientem adusque *Indiam* & *Sinam* ex non obscuris vestigiis hodieque recognosci possit. Γενεσιουργὸς autem Amor, *Mentis* (*Timæi*, *Anaxagoræ*, ac *Pythagoræ*) minister, qui litem *Chaus* diremit, πρεσβύτατος *Orpheo* dicitur,

Ὅστις ἔφυσεν ἅπαντα, διέκρινε δ' ἄλλον ἀπ' ἄλλου.

Omnia qui genuit, discrevitque istud ab illo.

Cantori

Crantori θεῶν πρῶτος dicitur. Hinc *Parmenidæ* illud in Platonis convivio,

Πρώτιστον μὲν Ἔρωτα Θεῶν μητίσατο πάντων.

Hic ergo Amor promisse barbatus à Veteribus pingebatur, in provectissimæ ætatis symbolum: dictusque est *Phaethon*, in sarcastico Epigrammate *Cæsaris Adriani*: vel item *Phanes*, quod post longam noctem, qua Chaos olim obsessum fuisset, primus emerserit; de quo *Orpheus*,

——Ὃν ῥα Φάνητα
Ὁπλότεροι καλέουσι βροτοὶ, πρῶτος γὰρ ἐφάνθης.

——*quem nempe Phanetem,*
Quod primo es visus, seri dixere nepotes.

Hunc amorem omnium oculos invitantem sic introducit *Simmias Rhodius*, Ἐν πτέρυξιν,

Λεύσσετε τὴν γᾶς τε βαθυστέρνου ἄνακτ', Ἀκμονίδαντ' ἄλλυδις ἑδράσαντα·
Μηδὲ τρέσητ', εἰ, τόσος ὢν, δάσκια βέβριθα λάχνᾳ γένεια.
Τᾶμος ἐγὼ γὰρ γενόμαν ἁνικ' ἔκραιν' Ἀνάγκα,
Πάντα δὲ ταῖς εἶκε φραδαῖσι λυγραῖς.
Καὶ ἑξῆς.

In primo versiculo lego Λεύσετε plurium numero, secutus *Hephæstionem*; ex quo etiam ἄλλυδις recte suffecit *Salmasius*: sed *H. Stephanus* sic multo ante ediderat in *Græcorum* Poetarum edit. in folio. Hæ alæ attritæ prius & inidoneæ *Salmasium* reformatorem tandem invenerunt. Veruntamen in quarto versiculo, dum ad *acutiores* provocat, ipse sibi minus satisfecisse jure videatur. Et quanquam præ tanto viro acuminis mihi quicquam dissentiendo minime arrogem; quorsum vero sic fecerim, rationem more majorum ingenue proferre non gravabor. *Salmasius* legit Πάντα δὲ γᾶς εἶκε φραδαῖσι λυγραῖς. Et exponit, *Amorem tunc natum fuisse, cum Necessitas imperaret, & omnia duris Terræ jussibus cederent.* Necessitatem (Ἀνάγκαν) cum Terra confundens; eo fretus quod quidam ex veteribus τὴν ἀνάγκην πάντων αἰτίαν εἶναι sanxere: quod quorsum fecerint, abunde ostendi ex *Timæo*, *Platone*, *Plotino*, &c. Laudavit *Salmasius*, (consule pagg. 189, 190. & deinceps) *Democritum* & *Pythagoram*, quorum tamen sententiæ nihil prorsus huc faciunt. *Pythagoras* quippe dixit (fateor)

τὴν

τὴν ἀνάγκην τῷ κόσμῳ περικεῖσθαι, id est, (meo periculo) prava natura primæ materiæ in qua νεῖκος viguit, etiam mundum jam ornatum urgeri undique, ita ut stabili pulchritudine diu gaudere nequeat. *Democritus* autem veterum opinionem interpolare sua volens, ἀνάγκην τὴν δίνην τῶν ἀτόμων σωμάτων vocavit: Statuit enim πάντα κατ' ἀνάγκην γίνεσθαι, τῆς δίνης τῆς αἰτίας οὔσης τῆς γενέσεως πάντων, ἣν ἀνάγκην λέγει, testibus *Laertio* & *Suida*. *Pythagoram* testatur *Aristoteles* πρῶτον ἀποφῆναι τὴν ψυχὴν, κύκλον ἀνάγκης ἀμείβουσαν, ἄλλοτε ἄλλοις ἐνδεῖσθαι ζώοις· Κύκλος ἀνάγκης hîc pro omnibus forsan *materiæ* hospitiis sumitur, quibus anima inter transmigrandum adpellit. Utcunque hæc *Salmasio* minime favent. Dicerem ergo Amorem *Simmiæ tunc natum fuisse, cum regnaret* Ἀνάγκα, id est, *indigesta materia, sive chaos, Et omnia ejus duris jussibus parerent.* Πάντα δὲ τᾶσδ' (vel ταῖς) εἶκε φραδαῖσι λυγραῖς. Et sic etiam legisse *Græcum* interpretem, qui sic hunc locum (fatente *Salmasio*) ἐκφράζει· Τότε γὰρ

 ἐγενόμην

ἐγενόμην, ὅτε ἡ ἀνάγκη ἦρχε καὶ πάντα ὑπεῖκε τοῖς αὐτῆς γνώμαις. Obtendat itaque *Salmaſius* ſe aliter ſcriptum reperiſſe in veteri libro; id, librario imputandum, nobis fraudi eſſe minime debet: nullibi enim veterum Phyſicorum legas τὴν γῆν, τὴν ἀνάγκης, indigetamento inſigniri, aut omnia unquam ſub Terræ imperio fuiſſe.

Heſiodus memorat divos, divumque parentes,
Et Chaos enixum Terras, orbemque ſub illo
Infantem ———.

inquit Manlius ſub initium libri ſecundi. Nec vero Terram omnium primam ex illa confuſa indigeſtaque mole prodiiſſe conſentiunt veteres Phyſici, ut pertendit *Salmaſius*; nec ſi conſentirent, quidquam inde præſidii cauſæ *Salmaſianæ* redundaret. Natum ergo ſe jactat hic Amor, cum ὕλη ſive ἀνάγκη ſive Chaos omnibus imperitaret, Terra ne exiſtente quidem; nondum diſcretis indidem elementis. Statuebant etiam *Ægyptii* (& ab illis *Græci* acceperunt) Ἀρχὴν εἶναι τὴν ὕλην, εἶτα τὰ τέτταρα στοιχεῖα ἐξ αὐτῆς ἀφωρίσθηναι· inde *Epicharmus* dixit,

Ἀλλὰ λέγεται μὰν χάος πρᾶτον γενέσθαι τῶν θεῶν,

nempe

nempe ἐγκόσμιων, inter quos *Cœlum*, *Terra*, *&c.* ut recte exponit *Sallustius Cynicus*. *Hesiodus Theogonia.*

Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖ' εὐρύστερνος——.

Orpheus in *Argonauticis*,

Πρῶτα μὲν ἀρχαίου χάεος μελιήφατον ὕμνον,
Ὡς ἐπάμειψε φύσεις, ὥστ' οὐρανὸς ἐς πέρας ἦλθε,
Γῆς τ' εὐρυστέρνου γέ εσιν.

Apud *Aristophanem* in Avium Comœdia, Chorus Avium sic disertissime philosophatur,

Χάος ἦν καὶ νὺξ, ἔρεβός τε μέλαν πρῶτον, καὶ
Τάρταρος εὐρὺς,
Γῆ δ', οὐδ' ἀὴρ, οὐδ' οὐρανὸς ἦν. Ἐρέβους δ' ἐν
ἀπείροσι κόλποις
Τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον νὺξ ἡ μελανόπτερος
ᾠὸν,
Ἐξ οὗ περιτελλομέναις ὥραις ἐβλάστησεν Ἔρως
ὁ ποθεινὸς,
Στίλβων νῶτον πτερύγοιν χρυσαῖν, εἰκὼς ἀνε-
μώδεσι δίναις·
Οὗτος δὲ χάει πτερόων μιχθεὶς νυχίῳ κατὰ
Τάρταρον εὐρὺν,

Ἐνεόττευσεν γένος ἡμέτερον, καὶ πρῶτον ἀνήγαγεν ἐς φῶς.

Πρότερον δὲ οὐκ ἦν γένος ἀθανάτων, πρὶν Ἔρως συνέμιξεν ἅπαντα.

Συμμιγνυμένων δ' ἑτέρων ἑτέροις γένετ' οὐρανὸς, ὠκεανός τε,

Καὶ γῆ, πάντων τε θεῶν μακάρων γένος ἄφθιτον. Ὧδε μὲν ἐσμὲν

Πολὺ πρεσβύτατοι πάντων μακάρων, ἡμεῖς δ' ὡς ἐσμὲν Ἔρωτος

Πολλοῖς δῆλον—.

Chaos & nox primum erat, atque Erebus nigricans & Tartarus ingens,
Nec humus, nec cœlum erat aut aer, tunc ceu vi flaminis ovum.
Gremium super infinitum Erebi peperit nox decolor alis,
Ex quo bonus inde emersit Amor circumvolventibus horis,
Radians tergum aureolis pennis, par magni turbinis auræ;
Qui deinde volans mistusque chao, stabat qua Tartarus, atro,
Nostrum genus edit, & in dias producit luminis oras.

Neque

Neque enim Divum genus ante fuit, quam
junxit cuncta Cupido :
Simul atque hæc sunt aliis commista alia, Æ-
ther prodit & Æquor,
Et Terra, Beatorumque Deûm genus immor-
tale. Sumus nos
Multo ita seniores Diis reliquis : prolemq;
Cupidinis esse
Nos plane liquet ———.

Istis nihil pote luculentius ; habes hic nimirum primo Chaos sive indigestam Materiam, nondum existente Cœlo, Mari vel Terra, cum cæteris Diis mundanis : quos postea Amor supervolitans, temperatis debito modo particulis Materiæ, produxit. Allegoria vero, quæ in istis vocibus stetit, εἰκὼς ἀνεμώδεσι λίναις, πτερύγοιν χρυσαῖν, πτερόων, ἐνέπτευσεν, &c. manavit à *Mosaico* incubatu Spiritus Divini super primigeniam voraginem. Inde & Alas Amoris effinxit *Simmias*. Ipsum autem S. Spiritum Amorem vocant Patres, & ab illis *Petrus Lombardus*. Sed & Deus Amor est S. *Joanni*. Aves autem *Aristophanicæ* se Diis omnibus antiquiores ferentes, gloriantur ab Amore illo alato genus ducere : qui Amor, cum omnes Deos, Cœlum, Mare, Terram, &

cæteros, ex Chao produceret, fuit certe illis omnibus antiquior. Ergo summa rerum non fuit penes Terram, illa quippe nondum extitit, cum nasceretur Amor; sed ἀνάγκα, quæ tunc rerum potiebatur, Chaos erat sive Materia, quod contra *Salmasium* abunde probasse videamur.

Hanc, inquam, Materiam Divino opifici coæternam faciunt *Græci* veteres, ut superius diximus: ex quorum mente Materiam Dei Sororem adpellat *Hierocles*; Uxorem etiam Poetæ. Illorum sententiam plene porro extulit, & castigavit idem *Hierocles* libro de Fato, pag. 6. edit. *Lond.* Οὐ γὰρ ἱκανὸν αὐτὸν [δημιουργὸν] εἶναι ᾠήθησαν αὐτοτελῶς ὑποστῆσαι δυνάσθαι κόσμον οἰκείᾳ δυνάμει καὶ σοφίᾳ ἐξ ἀϊδίου ἐνεργοῦντα, ἀλλὰ γεννήτου [lege ἀλλ' ἀγεννήτου] ὕλης συνεργείᾳ. Sine hac correctione esset, quam proxima illic verba & explicant & plane probant, nec *Græcismus*, nec sensus constaret. Mendi vero manifestus locus utrique interpreti & *Morello* pridem, & *Grotio* demum in versione sua sententiarum *De fato*, imposuit; sed & utrosque male habuit vox ὑποστῆσαι, quæ *producere* illic significat:

nificat: quam illi *conſervare* male reddiderunt, injuria ſententiæ; Quæ ſic vertenda, *Non enim cenſebant ipſum (opificem) idoneis viribus inſtructum, ad producendum mundum omnibus numeris abſolutum, propria ſolum ſapientia & virtute ab æterno operatum; ſed ope materiæ non genitæ.*

Nec *Grotio* temere adſentiendum dicenti, (in notis pag. 13. ad librum primum de Veritate Religionis Chriſtianæ in fol.) *Sume de* Platone *mundi initium fuiſſe aliquod, ab* Ariſtotele *non eſſe genitum, & habebis ipſam Judæorum Chriſtianorumque ſententiam.* Judæorum Chriſtianorumque ſententia eſt, Deum mundum condidiſſe ἐξ οὐκ ὄντων, ut loquitur mater ſeptem juvenum, *Machabæorum* lib. II. cap. VII. v. 28 Loco ſuperius etiam laudato. R. *Eleaſarus* in Pirke. cap. III. עד שלא נברא עולם היה הקב"ה ושמו בלבד *Mundo nondum condito, Deus erat & nomen ejus tantummodo.* Si autem *Judæi* Cabalici quidam minuſque vetuſti ſecus ſenſerint, à *Græcis*, quos legerant, tranſverſum actos credibile fit. Sacræ alibi literæ uſtriuſque codicis ac patres Eccleſiæ Chriſtianæ, matri ſeptem juvenum adſtipulantur. *Tertullianum* audiamus in Apologetico; *Quod colimus*

Deus

Deus unus est, qui totam molem istam cum omni instrumento elementorum, corporum, spirituum, verbo, quo jussit, ratione, qua disposuit, virtute, qua potuit, de NIHILO expressit in ornamentum majestatis suæ. Et alibi eidem hoc divinæ virtutis elogium medium fit probandi Resurrectionem itidem præstabilem. *Origenes* sub initium libri περὶ ἀρχῶν, *Quod Deus ex NULLIS fecit esse universa, per prædicationem Apostolicam manifeste traditum est.* Idem ait, Ipsam *materiam tantam à Deo esse creatam credendum est, quantam sibi sciret ad ornamentum mundi posse sufficere:* περὶ ἀρχ. lib. II. cap. 8. Gregorius Nazianzenus de *Baptismo* oratione XL. Ὁ Θεὸς ὑπέστησε τὰ πάντα ἐξ οὐκ ὄντων. *Patriarcha Constantinopolitanus Gregorius Cyprius* in Maris encomio; τοιοῦτον τόδε, μὴ ὂν πρότερον ὑδαμῶς, ἀρχὴν ἐν λάμβανεν εἶναι, ut de cæteris taceam. Cerebrosus tamen ὁ λεῖνα *Teutonismi* toxicum *Academiarum* nostrarum alteri, (ut tunc erant tempora) prop nare gestiens, operæ putavit (*Manuductionis suæ* pag. 19.) Scholiasticos insimulare; quasi illi principes *creationem ex nihilo*, ex male capta significatione vocis

Bara

Bara confinxiſſent. Antiquiſſimus ſcriptor *Ocellus Lucanus* Mundum ſpeciebus ſuis ornatum æternum cenſet. Ἀνθρώπου δ' ἀρχὴ γενέσεως πρώτη οὐ γέγονεν ἐκ γῆς, οὐδὲ τῶν ἄλλων ζώων, οὔτε φυτῶν· ἀλλ' ἀεὶ τῆς διακοσμήσεως οὔσης, ἀνάγκη καὶ τὰ ἐνυπάρχοντα καὶ ἐν διακεκοσμημένα (συνυπεῖναι, cap. III. Idem alibi, Δοκεῖ γάρ μοι τὸ πᾶν ἀνώλεθρον εἶναι, καὶ ἀγέννητον, ἀεί τε ἦν καὶ ἔσται. Ariſtoteles iiſdem rationibus adductus itidem ſtatuit, eaque de re ipſe *Plato* ἀμφοτερίζει. *Legum* enim ſexto non procul fine, de Hominibus (quod etiam de aliis pari jure dici poſſit) hæc habet. Ἡ τῶν ἀνθρώπων γένεσις ἢ παράπαν ἀρχὴν οὐδεμίαν εἴληχεν, οὐδ' ἕξει ποτέγε τελευτήν· ἀλλ' ἦν τε ἀεὶ καὶ ἔσται πάντως· ἢ μῆκός τι τῆς ἀρχῆς ἀφ' οὗ γέγονεν, ἀμήχανον ἂν χρόνον ὅσον γεγονὸς ἂν εἴη. At in *Timæo* ſuo, *Locrenſi* Philoſopho plane ſuffragatur; ut ſuperius vidimus. Ejus ſententiam diſertiſſime enarravit *Plutarchus*, libro περὶ τῆς ἐν τῷ Τιμαίῳ ψυχογονίας, prope initium, Βέλτιον οὖν, Πλάτωνι πειθομένους, τὸν μὲν κόσμον ὑπὸ Θεοῦ γεγονέναι λέγειν καὶ ᾄδειν·

ὁ

ὁ μὲν γὰρ κάλλιστος τῶν γεγονότων, ὁ δὲ ἄριστος τῶν αἰτιῶν. Τὴν δὲ οὐσίαν καὶ ὕλην ἐξ ἧς γέγονεν, οὐ γενομένην, ἀλλ' ὑποκειμένην ἀεὶ τῷ δημιουργῷ εἰς διάθεσιν καὶ τάξιν αὐτῆς, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐξομοίωσιν, (ὡς δυνατὸν ἦν πρᾶσχεῖν) οὐ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἡ γένεσις ἀλλ' ἐκ τοῦ μὴ καλῶς μηδ' ἱκανῶς ἔχοντος. *Præstat ergo Platoni adsentientes Mundum à Deo factum fuisse dicere ac canere: quandoquidem hic sit factorum pulcherrimus, ille vero inter caussas optimus. Substantiam vero sive Materiam, ex qua constabat, minime factam; sed opifici semper præsto fuisse ut ei dispositurам atque ordinem, suamque ipsius similitudinem, quoad ejus fieri posset, impertiret. Generatio enim ex non ente non fit, sed ex non bene neque commode se habente.* Itidem libro primo Συμποσιακῶν προβλημάτων Problemate II. *Plutarchi* pater de Academiæ sequacibus, Καὶ τὴν μέγαν Θεὸν ὑμεῖς πουφατὲ τὴν ἀκοσμίαν εὐταξίᾳ μεταβαλεῖν εἰς κόσμον, οὔτε ἀφελόντα τῶν ὄντων οὐδὲν οὔτε προσθέντα, τῷ δὲ ἕκαστον ἐπὶ τὴν προσέχουσαν χώραν καταστῆσαι, τὸ κάλλιστον ἐξ ἀμορφοτάτου

σχῆμα

σχῆμα περὶ τὴν φύσιν ἀπεργασάμενον. *Sed & magnum illum Deum etiam vos alicubi dicitis Immundiciem in Mundum, scito demum ordine adhibito, convertisse, nulla re aut ablata aut addita; sed singulis in locum commodum deductis de informi pulcherrimam formam rerum naturæ conciliasse.* Socrates (Platonis Phædone) Mentem Materiæ ornatum conciliantem dixit ἕκαστον τιθέναι ταύτῃ ὅπῃ ἂν βέλτιστα ἔχῃ. *Omnia posuisse quo loco se commodissime haberent.* Moses autem, vir minime omnium vulgaris, *Longino* teste, ἐπεὶ τὴν τοῦ θείου δύναμιν κατὰ τὴν ἀξίαν ἐγνώρισε καὶ ξέφηνεν, εὐθὺς ἐν τῇ εἰσβολῇ γράψας τῶν νόμων, Εἶπεν ὁ Θεὸς, φησὶ, τί; γενέσθω φῶς, καὶ ἐγένετο· γενέσθω γῆ, καὶ ἐγένετο. De *Mose* autem aliter censuit *Galenus*; quem tametsi Epicuro anteponat, ideo quod *Moses* rebus creandis utcunque Ephorum præfecerit; quem inconsultissime omiserat *Epicurus*; opinatus materiam sortito sese administrandam seminio concessisse: minime tamen *Mosi*, ejusve adsertori *Longino* concedit, divino quamlibet jussu quidlibet ex quolibet nedum ex nihilo fieri posse: atque ea in re dicit sententiam, *Mosis* à sua & *Platonis*

Platonis atque τ ἀλλων τ παρ' Ελλησιν ὀρθῶς μεταχειρισαμένων τὰς περὶ φύσιος λόγους, ἀφέρεται. Vide sis cap. XIII. Orationis IX. De partium in Corpore humano usu. Quando igitur *Plato* τ Κόσμου Dei opus vocat, ne cui fraudi sit vox ὁμωνύμως accepta: per κόσμον enim nihil intelligit præter *ornatum cultumque Materiæ*, quæ prius ab æterno rudis indigestaque jacuerat; at omnia, quæ nunc existunt, modo quamlibet incomposito ac perturbato, continuit: ita ut Divinus opifex ne hilum quidem reculæ addiderit, ut fuse jam probavi. *Ebn Roshdi* (quem Averroem vulgo dicimus) etiam hac in re *Platonis* & *Peripateticorum* causam redintegrantem, castigavit Christianis æquior *Mohammed Algazalius*. *Mundi* ergo *originem fuisse aliquam*, sensu quo Judæi & Christiani credunt, *sumi de Platone* non potest, quod *Grotius* voluit. Revera meis admodum ingratiis video *Platonem* ut & *Galenum*, ad partes hic Christianas frustra cogi.

Hanc *Materiam* omnium sensibilium *Matrem* vocat *Plato*, quod omnia ex ea facta sint: sed & *Susceptricem*, quod omnia dissoluta

luta ad eam redeant. Τὴν τοῦ γεγονότος ὁρᾷ τοῦ καὶ πάντος αἰσθητοῦ Μητέρα καὶ Ὑποδοχὴν, ἀόρατον εἶδός τι καὶ ἄμορφον πανδεχὲς λέγομεν. Recte ergo advertit *Hesiodi* Scholiastes ad *Theogoniam*, χάος, πανδεχὲς à *Platone* dici. Sed *Ocellus Lucanus*, de quo *Plato* honeste meminit, itidem multo ante vocarat. *Lycophroni*, *Cassandræ* vers. 655. ᾅδης πανδοχεὺς (vel πανδοκεὺς *Ionice*) dicitur. Cum ergo Divina Mens, in Timæo, *Materiam* in Cœlum Terram & cætera elementa digesserat, illis ita præcepit, Ἀπεργάζεσθε ζῶα, καὶ γεννᾶτε, τροφήν τε διδόντες αὐξάνετε, καὶ φθίνοντα πάλιν δέχεσθε. Res ergo genitæ *Platoni* dicuntur, Ἀπὸ τοῦ κόσμου δανείζεσθαι μόρια, ὡς ἀποδοθησόμενα πάλιν, itidem dici potest, reddi vicissim particulas tanquam reposcendas. *Intra mundum vero regestis omnibus, nihil certe extra mundi ambitum est; ita quod secundum naturam corporis fluit, quo efluat non habet: influit ergo, non efluit, & ad summam universitatis jactura demum recurrens, fatigatarum diuturnitate partium recreatio est*, ut egregie *Chalcidius* in *Timæum*, p. 96. *Seneca*

Epistola

Epistola LXXI. ad Lucilium, *Nobis solvi, perire est, proxima enim intuemur; ad ulteriora non prospicit mens hebes, & quæ se corpori addixerit: alioqui fortius finem sui suorumque pateretur; si speraret omnia illa sic in vitam mortemque per vices ire, & composita dissolvi, dissoluta componi, in hoc opere æternam artem cuncta temperantis Dei verti.* Hinc *mors* ἀνάλυσις dicitur philosophis, ipsique S. *Paulo* ad *Philippenses* cap. I. v. 23. & ad *Timotheum* Epist. II. cap. IV. v. 6. quo pacto inprimis *Hebræi* ejusdem significationis vocem פטירה pro *morte* ponunt. Inde est quod *Amphiaraus Statii*, *Plutonem*, Dominum *Chaus* sive *Materiæ*, sic compellet, VIII. *Thebaidos*,

——*O cunctis Finitor maxime rerum,*
At mihi, qui quondam causas elementaque noram,
Et Sator ——.

Claudianus de eodem,

——*Qui Finem cunctis & Semina præbes,*
Nascendique vices alterna Morte rependis,
Qui vitam Lethumque regis; nam quicquid ubique
Gignit Materies, hoc te donante Creatur,
Debeturque tibi ——.

Hinc *Proserpina*, à *Plutone* rapta, *Possedit dotale*

tale Chaos ——. Hinc & τὸ χάος καλείλιφε, de *Chariclea*, quam mortuam putabat, usurpare non dubitavit *Theagenes Heliodori*, scriptoris venustissimi: χάος ὑπεδέξατο de re decedente itidem usurpavit *Q. Calaber*, lib. XIV. —— *Quicquid ab imo*

Natum hominum extinctumque chao est,

dixit *Silius Italicus*, libro XIII. etiam ἡ εἰς τὰ στοιχεῖα διάκρισις καὶ ἀφανισμὸς, χάος dicitur, *Scholiastæ Hesiodi*. *Manlius* lib. I.

Sive individuis, in idem reditura, soluta
Principiis natura manet post secula mille,
Et pene ex nihilo sumtum est, nihilumque futurum,
Cœcaque Materies cœlum perfecit & orbem.

Atomos hic *individua vertit*, sicuti etiam facit Arnobius libro II. *Lucretius* de rebus dissolutis,

Haud igitur redit ad nihilum res ulla, sed omnes
Dissidio redeunt in corpora Materiai,

Materiæ huic *Generalitatis* nomen dat *Servius*, quod omnium rerum semina in se contineat, in *Æneid.* III. p. 267. Πλῆτος enim, unde Πλάτων nomen, πανσπερμίαν significat,

ut Hesychius etiam advertit. R. Saadias Gaon *Materiam* כללות היסודות *generalia principia* hoc sensu dixerit. Segregationem particularum fieri statuunt ὑπὸ πυρὸς ἐσιόντος καὶ διαλύοντος, ut loquitur *Plato*; cujus *Timaeus* Πυθαγορείων δογμάτων ἀκριβὴς διδάσκαλος ab *Hierocle* dicitur. Sed & hic segregando, congregandis alibi particulis ministrans, totius naturæ rotam circumagit. Aristotelis est ὅτι προσιόντος μὲν τοῦ ἡλίου, γένεσίς ἐστιν· ἀπιόντος δὲ φθίσις· de Gen. & Corrupt. lib. II. cap. 10. Valentianorum, Τοῖς δεκαδύο ζωδίοις ἡ γένεσις διοικεῖται, id est, *cursu solari per signiferum rerum natura administratur*. *Synesius* ergo Hymno IV. Solem appellat.

Τᾶς γινομένας *Genitæ*
Καὶ φθειρομένας *Ac corruptæ*
Ταμίαν ὕλας· *Dispensatorem Materiæ.*

Arcades Solem etiam Κύριον ὕλης *materiæ Dominum*, teste Macrobio, vocabant. Ἀκίνητα δὲ διατελεῖ πάντα καὶ ἀειγενῆ, διότι οὐδέποτε ἵσταται ὁ τοῦ Ἡλίου δρόμος, inquit *Jamblichus*, in excerptis *Casaubonianis* ex codice *Cæsariano*. Solem ergo, Universitatis hujus promi-

promicondum, *Itali* olim Philosophi in ipso nostri vorticis centro collocarunt, vocaruntque Διὸς πύργον, ut refert *Aristoteles* libro de *Pythagoreis*: Διὸς φυλακὴν (quod active exponit *Simplicius*) ut idem testatur libro II. De cœlo: Διὸς φρόνον ut alii perhibent. Simplicius in Aristotelis II. de cœlo, folio 124. p. 2. de illis qui mentem *Pythagoreorum* optime perspexerunt: Τὸ μὲν πῦρ ἐν μέσῳ φασὶ, τὴν ἑστιαστικὴν δύναμιν ἐκ δὲ μέσου ὅλην τὴν γῆν τρέφεσθαι καὶ τὸ ψυχόμενον αὐτῆς ἀνεγείρεσθαι. *Ignem in medio positum esse dicunt, quippe qui sit ipsa vis effectrix quæ de medio totam terram vegetat, quodque in ea torpescit refocillat.* (Solem autem familiariter τὸ πῦρ, Chaldæis præeuntibus, etiam Græcos vetustissimos (Pythagoreos præsertim) vocasse, docti norunt.) Eadem habes apud *Chalcidium Timæi* veterem interpretem Latinum, pag. 214. Heraclitus apud Laertium statuit, Πῦρ εἶναι στοιχεῖον· καὶ πυρὸς ἀμοιβὴν τὰ πάντα ἀφαιρεῖσθαι καὶ πυκνοῦσθαι τὰ γινόμενα. libri omnes editi habent ἀφαιρεῖσθαι καὶ πυκνοῦσθαι, perperam: Menagio, ac reliquis criticis æquo animo ferentibus.

Vertendum, *Ignem elementum esse: ejusque vicissitudinem omnia rarefacere ac densare.* Ignis hic Sol est, cujus accessu & recessu quin *rarefactio* & *densatio* fiant in rebus nemo ambigit. Ut autem Ζεὺς (φύσεως ἀρχηγὸς *Cleanthi* apud *Stobæum*) Solium in Igne, id est, in Sole habuit; propterea quod Sol Lucis, Caloris, atque ipsius adeo Vitæ fons habeatur: Contra Ἅιδης in Terra suum habuit, utpote quæ opacitate sua Lucem & Calorem intercipiat. Unde & in ea ἀνάσσης θρόνον statui pridem meminimus.

Scenam autem in qua Materiam hujusmodi mutationibus agitari volunt, nonnulli ultra Atmosphærii nostri ἀψῖδα, qua pluitur & ningitur, non extendunt. *Itali, Pythagoræ* alumni, mundanæ machinæ consultores, Corruptionis & Generationis imperium adusque extremos fines, qua late patet natura, proferunt. *Peripateticis* religio est Cœlestem *quintessentiam* ulla sublunarium contagione coinquinare. Sed & istis vetustior est ea sententia. *Ocellus* quippe *Lucanus* sublunarem regionem φύσεως καὶ γενέσεως λυμαντείαν facit: ᾅδης βασίλειον adpellat *Solomon Apocryphus*,

cryphus, cap. I. v. Alibi idem *Ocellus*, Αἱ δὲ μοῖραι αὗται διορίζουσι καὶ τέμνουσι τότε ἀειπαθῆς μέρος ἕ κόσμου καὶ ἀεικίνητον· ἰσθμὸς γάρ ἐστιν ἀθανασίας καὶ γενέσεως ὁ μεταξὺ τῆς Σελήνης δρόμος. τὸ μὲν ἄνωθεν καὶ ὑπὲρ ταύτης πᾶν ἐστὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ Θεῶν ἔχει γένος· τὸ δὲ ὑποκάτω ἕ Σελήνης, νείκους καὶ φύσεως. (Regio Cœlestis ἀεικίνητος etiam diserte dicitur in Vita *Pythagoræ* apud *Laertium*, pag. 583. in octavo.) Iste locus *Ocelli* (cap. II. pag. 23.) ab interprete non admodum intellectus, ita verti debere videatur. *Hi vero limites separant ac secernunt semper-patientem mundi partem atque semper-motam; Lunaris quippe cursus isthmus est immortalitatem & generationem inter: ac omne quod supra Lunam est, usque ad eam, Deorum genus incolit; quod vero subter Lunam est litis & naturæ est.* (Mihi non fit probabile μοῖρας hic pro *Fatis* accipi, quod interpres voluit.) Lecto capite undecimo libri primi *Macrobii* in Somnium *Scipionis*, non alium ad *Ocelli* hunc locum commentarium desiderabis. Ob hanc rationem Luna *Proserpinæ limen* dicitur *Apuleio*. *Claudiani* secundo, Pluto Raptæ Pro-

ſerpinæ *Infernum* oſtentans, inquit,

Cuncta tuis pariter cedent animalia regnis
Lunari ſubjecta globo, qui ſeptimus auras
Ambit, & æternis mortalia ſeparat aſtris.

Nimirum *cælo* incorruptibilitatem tribuebant, quo Diis immortalibus ſedes non inidonea haberetur. Hoc ſenſu Euripidæ Ἅιδης χωρὶς ὤκιστας θεῶν. *Orcus ſeorſim à Diis locatur.* Nempe quidem *Sub Luna uſque ad nos omne genus motuum, omne etiam mutationum, prorſus ut eſt in vetere verſu* Nævii,

Exuviis rabies furiarum examina mille.

Nam generatio & item mors in iſto loco, incrementa quoque & imminutiones, & omnifaria commutatio, tranſitioque ex locis ad loca, inquit *Chalcidius* in *Timæum*, pag. 159. *Synesius* Hymno II,

Πολυκύμονος μὲν ὕλας
Ἐκάλυψε νᾶτον αἰθὴρ
Πυρὸς ἐμβεβὰς ἀώτῳ,
Ἵνα κύδιμα Σελάνα,
Πυμάταν ἄντυγα τέμνῃ.

Fluctuoſæ quidem materiæ
Texit dorſum Æther
Ignis inſidens ſummitati,

Ubi

Ubi clara Luna
Imum orbem secat.

Vides hunc doctissimum scriptorem (ut prius notavi) cum *Mayemonida* pridem citato, totam Regionem Sublunarem *Materiam* vocare.

Hæc autem opinio statuentium horizontem Generationis & Corruptionis ad citima tantummodo Lunæ pertingere, vulgo etiamnum sic inolevit, ut *Tycho*, aliique Astronomi, qui Cometarum φαλάξεις solerter investigarunt, tametsi calculo suo freti cometas in interstellaribus spatiis supra Saturnum ostendere potuissent; putarint palmario se facinore defunctos, quod supra Lunam, versus Mercurii aut Veneris cursum ausi sint advertere. Utcunque vides τὴν ἄϋλον *informem materiam* Græcis, pariter ac Sheol *Hebræis*, esse: ejusque regionem per spatia longe amplissima extendi; quacunque se protendit Sphæra Generationis & Corruptionis. Ut frustra sint qui τὴν ἄϋλον in Terra, quod quidam; vel in Aere, quod alii, fategerint concludere. Quando ergo Apocalypsios XX. v. 14. legis, Καὶ ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης, *Et Mors & Infernus jaciebantur in lacum*

 ignis,

ignis, detracta larva, qua personati veniunt, rem ipsam de tota hac *mortali regione*, fatali demum conflagratione absorbenda intelligas. Nec sugillanda fuerit vetus inscriptio Tabulæ Cebetis, quæ sic se habuit,

Πίναξ. Ἔστι δὲ τοῦτο ὁ ᾅδου διήγησις.

cum enim ᾅδης sphæram hanc corruptionis & generationis significet; Tabula præ se fert exhibere specimen eorum, quæ in hac mortali regione geruntur, quod & præstat.

SECT. IV.

Sheol & *Hades*, figurate describuntur uti *Domus*, cum suis *portis* & *Clavibus*.

Tantundem ostenditur ex multis Hebræorum *& subinde* Græcorum *locis.* Πύλαι ᾅδου *quid.*

HEbræi autem *Sheol* figurate uti *Locum sepimento vallatum, Domumve cum suis januis & clavibus* describunt. Hinc illa *Jobi* שאול ביתי *sheol domus mea.* Et post duo commata, בדי שאול *fulcra sheol*, metaphora à domo

domo sumpta; hinc & שערי מות *portæ mortis*, id est *portæ domus mortis*, quæ est Sheol, apud *Jobum* & *Psalten*. שערי שאול *portæ orci* Esaiæ cap. XXXVIII. v. 10. *Apocalyptes* habet κλεῖς τοῦ θανάτου καὶ τοῦ ἅιδου, cap. 1. v. 18. ubi *Syrus*, ܩܠܝܕܐ ܕܡܘܬܐ ܘܫܝܘܠܐ *claves mortis & sheol*. Æthiops, *me penes est clavis mortis* ወሐሊሰል: *& sheol*, eandem vocem retinentes. Apud eundem *Apocalypten* c. IX. v. 1. legitur κλεῖς τοῦ φρέατος τῆς ἀβύσσου: ubi *Syrus* ܩܠܝܕܐ ܕܒܐܪܐ ܕܬܗܘܡܐ diximus autem באר quicum *Syra* hic vox eadem est, eandem significationem ac *sheol obtinere*. Itidem בית אברנא *domus perditionis* legitur in Paraphrasi *Chaldæa* in *Esaiæ* XIV. v. 15. & *Ezechielis* XXVI. v. 20. פתחה של ני הנם *janua Gehennæ*. In *Talmude*, Tract. *Eruvin* fol. 19. pag. 1. sub finem. תרעא דניהנום *porta Gehennæ in Zohar* in Parasham מעלנא דגהנם וירא אליו porta Gehennæ in Targum Jobi cap. V. Etiam שערי גן עדן *portæ Paradisi* occurrunt libro *Hammussar* cap. IV. fol. 42. & in *Pirke Eleasari* cap XX. שערי הרקיע libro de Obitu *Mosis*. שער שמים *porta cœli* Genes. XXVIII. v. 17. Cœlum autem sive Paradisum Beatorum & Gehennam, partes esse τοῦ *Sheol* inferius ostendam.

Itidem

Itidem *Græci* τῷ ἀΐδῃ id est *corruptibilis naturæ promptuario*, tanquam *domui*, *seu loco munito*, *portas & claves* tribuunt. Hinc ὑπήλθετε δῶμ' ἀϊδαο Odyss. μ'. εἰν ἀΐδαο δόμοισιν Odyss. λ'. δῶμ. ἀϊδαο, Iliade ε'. Ἀϊδαο πύλαι Odyss. ξ'. εὐρυπυλὲς ἀϊδῆος δῶ & πύλας ἀϊδαο habuimus prius ex eodem *Homero*.

——τὰν ἀϊδαο πύλαν καὶ μοῖρας ἀφικξεῖ,

apud *Theocritum* Idyllio γ'. Pariter habent *Euripides*, *Alceſtide*; *Æſchylus*, *Agamemnone*; *Sophocles* item, & quis non? Hinc πολάρτιον τ' ἄϊδιον vocat *Homerus*, ἀντὶ τοῦ ἀδιεξόδευτον, καὶ τὰς πύλας ἀφορμὰς εἶναι αὐτῷ, τουτέστιν εὐπρισσιδύας, ut exponit *Euſtathius* ad Iliadem γ'. Hinc *Pluto* clave inſigniri ſolet, memorante *Pauſania Eliacorum* quinto. Ἔχει δὲ ὁ Πλούτων κλεῖν, ᾗ λέγουσιν ἐπ' αὐτῇ τ' χαλκόμβοι ἄϊδιον, κεκλεῖσθαί τε ὑπὸ Πλούτωνος, καὶ ὡς ἐπάγειεν ἄϊδεὶς αὖθις ἐξ αὐτοῦ. Mortuos ergo *orcinum theſaurum* vocat Nævius. Habes *lethi portas* apud Lucretium, *januam Ditis* apud Virgilium; id eſt, domûs

Lethi

Lethi & ditis. Ennius in Epitaphio *Africani Scipionis*, (quam,

Si fas endo plagas cælestum scandere quoi-
Mi solei cælei maxuma porta patet.

Ecclesiæ super Petram fundatæ spondet Christus immunitatem ab interitu, in istis *Matthæi* XVI. v. 18. πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς, *i.e.* quamvis alia pleraque omnia corruptioni obnoxia sint, ac per portas in domum orcinam intrent, Ecclesiæ tamen melius comparatum fore promittit, ea quippe nunquam intercidet aut abolebitur; quod de universa Ecclesia dictum intelligis. Ea est vis vocum istarum juxta sacros quos memoravi, & profanos auctores. Nihil aliud sibi vult *Ezechias* à morbo gravissimo convalescens, dicendo, *Cogitavi ætate mihi præcisa intrandum esse* בשערי שאול *in portas orci.* LXX. verterunt ἐν πύλαις ᾅδου. Scholiasta illud *Theocriti*

—Τὰν ἀϊδαο πύλαν ναὶ μοῖρας ἀράξει.

recte exponit νὴ τὰς μοίρας τὴν τοῦ ᾅδου κρούσῃ πύλην, τουτέστιν, ἀποθανεῖται. *Per fata, orci januam pulsabit, id est, morietur.* Sapientiæ XVI. v. 13. Σὺ ζωῆς καὶ θανάτου ἐξουσίαν ἔχεις·

καὶ

ὴ καπάγεις εἰς πύλας ᾅδᾳ ὴ ἀνάγεις. *Penes te est vita ac mors: & deducis ad portas orci & reducis*; quæ duæ sententiæ, tritissimo more *Hebraico*, ἐν διὰ δυοῖν exhibent. Sunt, qui plura hic obtendunt de Urbium Portis, loco munitissimo & habendis conciliis usitato; ac proinde hæc verba Christi ad Petrum, de Diabolo Ecclesiam nec *vi* nec *astutia* expugnaturo intelligunt. Quod quidem utut verissimum sit, non est tamen directe hujusce loci. Nullibi enim sacrarum literarum, nedum alibi, ostendent πύλας ᾅδᾳ alias, quam in periphrasi, pro interitu, usurpari. Nunquam vero pro vi aut astutia, cujusvis licet figuræ adminiculo, capitur ista phrasis.

SECT. V.

De abstinentia Pythagoreorum à *Fabis*, quod essent πύλαις ᾅδου similes, utpote sine geniculis.

Vox ἀγόνατος *ab Ambrosio Laertii interprete, item à Lilio Gyraldo & Grotio male exponitur. Abstinuisse Pythagoreos à* Fabis *proprie sic dictis. Pythagoras Ægypti institutus.*

ſtitutus. Fabis *abſtinuiſſe Ægyptios.* Faba *non in ſeminibus cerealibus. Abſtinentiæ à* Fabis *ſubſuiſſe rationes ſacras. In ſacris Eleuſiniis à* Fabis *abſtinebant. Moſen vulgarem* Fabarum *eſum non vetaſſe. Pythagoras ejuſque diſcipuli per* Fabetum *eundo vitæ conſulere noluerunt. Noluerunt cauſſas prodere quorſum abſtinuerint. Cauſſas iſtius abſtinentiæ idoneas vulgo aſſignatas non eſſe. Non ſufficere quam aſſignavit* D. *Mer. Caſaubonus. Solebant veteres κρύπτειν δόξας de rerum natura in operto ſervare; Pythagorei præſertim ab Ægyptiis edocti. Heſſenorum & Pythagoræ diſcipulos ad ſilentium jurejurando aſtrictos fuiſſe. Pythagoræ philoſophiam aduſque Philolai tempora incognitam extraneis fuiſſe. Numa Flaminem Dialem* Fabis *interdixit.* Faba *in Lemuralibus & Parentalibus appoſita. Judæi in luctu leguminibus veſcuntur. Numa Tacitam adorabat. Idem Pythagoræ diſcipulus. Veteres Allegoriis philoſophiam obumbrabant. Quid Pythagorici & Cabalici de animarum deſcenſu atq; adſcenſu ſenſerunt. Quid item de animarum tranſmigratione. Origenem Tranſmigrationem Fabulam, &c. appellaſſe. In vice Terna ſiſti tranſmigrationem. Quot*

annorum

annorum sit Transmigrationis curriculum. Transmigratio Allegorice exposita. Animas ad regionem hanc corruptibilem in exilium mitti. Mori cum huc descendant, vivere denuo cum hinc ascendant. Impendi debere summam operam ut quam primum hinc emergant, redeantque ad pristinam patriam. Fabam, *plantam semini apprime conferentem, scapo nullis geniculis interciso esse, indidemque optari in generationis continuæ ac perpetuæ symbolum. Abstinentia à* Fabis *Allegorice cautum ne quis ultro animam dedat, generationis vicibus in hoc mortali orbe perpetuo reciprocandam.*

ATque hujusce locutionis expositio facit mihi symboli *Pythagorici* venire in mentem: ex *Aristotele* enim memorat *Laertius Pythagoram Esum Fabæ vetuisse, quod inferni portis similis esset,* (ᾅδου πύλαις· ἀγόνατον γὰρ μόνον,) *sola enim Faba geniculorum expers est*; id sibi vult vox ἀγόνατον, quam nec *Ambrosius Laertii* interpres, nec *Lilius Gyraldus* (in hoc symbolo) nec *Grotius* (in *Matthæi* cap. XVI. v. 8.) recte exposuerunt: Sarmentorum ac segetum articulos γόνατα dici, non opinor opus esse ut pluribus

ribus moneam. Non ignoro itum esse in partes de significatione vocis κύαμος hoc in loco: alii enim propriam vocis significationem, alii figuratam hic malunt. Est qui nixus parum firmo tibicine *De papillis muliebribus* intellexit; alii *testes* operte significari volunt; alii, alia, quæ parumper attinet dispicere: veteres enim uno ore omnes (præter *Aristoxenum Gellii*) (*Aristoteles*, *Plutarchus*, *Sextus*, *Lucianus*, *Porphyrius*, *Jamblichus*) de ipso hic legumine fabaceo intellexerunt. Cujus rei ipsa *Pythagoræ* institutio, ac philosophandi ratio fidem faciunt. Ipse enim *Pythagoras Luciani* (in Vitarum Auctione) quærenti πῦ ἐπαιδεύθης; respondet, ἐν Αἰγύπτῳ, παρὰ τοῖς ἐκεῖ σοφοῖς· neque est quisquam, qui res *Pythagoræ* scripsit, quin *Ægypti* institutum meminerit. *Clemens* etiam ab *Ægyptiis* circumcisum memorat, ἵνα δὲ καὶ εἰς τὰ ἄδυτα κατελθὼν τὴν μυστικὴν παρ' Αἰγυπτίων ἐκμάθοι φιλοσοφίαν, *Strom.* I. Quinimo primus Ἑλλήνων ἐπέμιξεν Αἰγυπτίοις, *Græcorum scita Ægyptiacis miscuit*, ut *Philostratus* memorat, lib. VIII. in vitam *Apollonii*, & *Plutarchus* etiam observavit

vavit libro de *Iside* & *Osiride*. De *Ægyptiis* autem *Herodotus* (*Euterpes* cap. XXXVII.) Κυάμους δὲ οὔτε μάλα σπείρουσιν Αἰγύπτιοι ἐν τῇ χώρῃ, τούς τε γενομένους οὔτε τρώγουσιν, οὔτε ἕψοντες δατέονται· οἱ δὲ δὴ ἱρέες οὐδὲ ὁρέοντες ἀνέχονται, νομίζοντες οὐ καθαρόν μιν εἶναι ὅσπριον. (Ut habet MS. codex meus; Libri editi legunt Κυάμους δὲ οὔτε τι μάλα— sed est ea vox irreptitia) *Fabas Ægyptii in terra sua nec omnino serunt, nec sponte provenientes comedunt, aut coctas in escam distribuunt: quinimo sacerdotes ne adspicere quidem eas sustinent, arbitrantes haud mundum illud legumen esse. Plutarchus* lib. de *Iside* & *Osiride*, testatur Sacerdotes *Isidis* περιπτώματα caventes παραιτεῖσθαι τῶν ὀσπρίων τὰ πολλὰ. Sextus Philosophus tertio Pyrronicarum Hypotyposeωn, pag. 156. de Sapientibus *Ægyptiis*, θᾶττον ἂν τὰς κεφαλὰς φαγεῖν φασὶ τῶν πατέρων ἢ κυάμους. *Dicunt se parentum capita citius esuros quam Fabas.* Nec hi tantum, sive sapientes sive sacerdotes, ex *Isidis* famulatu *Fabis* abstinuerunt: verum & ipsa *Ceres* (quæ eadem ac *Isis*) Pheneatis, qui palabundæ hospitium præbuerant, cum

cæteris

cæteris frugibus *Fabam* non eſt largita; arcana ſuppetente ratione propter quam *Fabam* immundam cenſeant: ſic enim *Pauſanias* Arcadicorum pag. 480. Ὅσοι Φενεατῶν οἴκῳ τε χρῇ ξενίοις ἐδέξαντο αὐτὸν, τούτοις τὸ ὅσιον ἡ θεὸς τἄλλα, κύαμον δὲ οὐκ ἔδωκε (φησὶ κύαμον μὲν ἣν ἐφ' ὅτῳ μὴ καθαρὸν εἶναι νομίζουσιν ὅσιον, ἔστιν ἱερὸς ἐπ' αὐτῷ λόγος. *Galenus* ergo, Commentario in *Hippocratem De victu in morbis acutis*, minus accurate *Fabam* inter (Δημήτρια σπέρματα) *Semina Cerealia* repoſuiſſe videatur. Vetus ergo ille τελετογράφος, (ſive Orpheus, ſive Cercops, ſive Onomacritus) Pythagoræ diſcipulus, in Telluris ſuſſimine *Omnia ſemina* admittens, *Fabam* recte excepit. Nimis autem populariter dictum eſt *Ægyptios* & *Pheneatas* ipſumque *Pythagoram Fabas*, utpote *immundas* adſpernatos: cum revera non ob *immunditiem* ſed *ob ſacras rationes* abſtinuerint: quod ultima illa *Pauſaniæ*, modo memorata, innuunt; & de ſeipſo *Pythagoras Luciani* teſtatur: mercatori enim quærenti τίνος ἕνεκα μυσάττῃ τοὺς κυάμους; reſpondet *Pythagoras*, οὐκ ἀλλ' ἱεροί εἰσι, καὶ θαυμαστὴ αὐτῶν ἡ φύσις,

φύσις, πρῶτον μὲν γὰρ τὸ πᾶν γονή εἰσι· — in qua ultima periodo fateor nullo negotio perſuaſum iri mihi, ut, juxta *Ariſtotelem*, legam, πρῶτον μὲν γὰρ ἀγόνιατοί εἰσι, cum excuſa illa quid ſibi mentis habeant, plane neſciam. Legimus apud *Porphyrium* (libro IV. De Abſtinentia ab eſu animalium) Cereris myſtas *Fabis* abſtinuiſſe, ὡδιαγγέλλεται γὰρ οἱ Ἐλευσῖνι ἀπέχεσθαι καὶ κατοικιδίων ὀρνίθων, καὶ ἰχθύων καὶ κυάμων. *Nam etiam præcipitur in Eleuſiniis ut à domeſticis avibus & piſcibus & Fabis abſtineant*; ut habet optima *Bernardi Feliciani* verſio. Cantabrigienſis interpres κατοικιδίους ὄρνιθας *chortales aves* vertit, nimis anguſte; cum non tantum à ſaginatis in chorte, ſed ab omnibus plane domeſticis avibus abſtinendum fuerit. Pythagoram autem eundem docendi morem, ac Præceptores Judæi ſolent, ſervaſſe liquet: utrique enim nudo dicto ſuo diſcipulorum fidem obſtringebant. Hebræi ea de re אמרים *Dicentes* in Talmude vocantur, ad ſingulas enim illorum ſententias ſolenni ritu præponitur אמר *dixit* ὁ λεγὼν ſic vel ſic. Et in Pythagorica diſciplina quid celebrius quam αὐτὸς ἔφα; *Ipſe dixit?*

dixit? Pythagoras etiam teſte Hermippo apud Joſephum ſecundo adverſus Appionem, Πολλὰ τῶν παρ' Ἰουδαίοις νομίμων εἰς τὴν αὑτοῦ μετενέγκαι φιλοσοφίαν· *Non pauca de quibus Judæis lata lex eſt, in philoſophiam ſuam tranſtulit.* Imo ipſam philoſophiam ſuam non ab Ægyptiis, ut auctores ſuperius laudati volunt, ſed à Judæis ad Græcos tranſtulit. Τὴν ἑαυτοῦ φιλοσοφίαν ἀπὸ Ἰουδαίων εἰς Ἕλληνας ἀνενέγκαι, ut ex ejuſdem Hermippi primo περὶ νομοθετῶν citat Origenes. Vel, quod hæc veriſimiliter conciliat, Philoſophia Pythagorica à Judæis primum oriunda, mediantibus Ægyptiis ab illo demum percepta eſt. Suſpicabar ergo pridem etiam hanc ipſam à *Fabis* abſtinentiam à *Judaicis* Heſſenis primum increbuiſſe; quorum victus, teſte *Euſebio*, non tantum καθαρὸς ſed & ἁγνὸς fuit: veruntamen ea de re nondum comperi quidquam diſerte traditum. *Judæis* certe פולים *Fabas* conſtat jure *Moſaico* vetitas non fuiſſe: nec vero iis penitus abſtinuerunt; ut ex eorum commentariis in Danielis caput primum, ex Talmudicis, ex Nachmanidæ Epiſtola Sancta & aliunde paret. Siqui vero abſtinuerint, id quidem, quantum mihi ob-

servare licuit, salutis præcipue causa fecisse videantur. Quo pacto Mayemonides in *Jad Chasaka* tomo primo, הלכות דיעות cap. IV. Sect. IX. fol. 13. p. 2. הפול והעדשים בלבד אין ראוי לאוכלן לא בומות החמה ולא בימות הגשמים *Faba & lentes tantum inutiles sunt fructus, nec æstivo, nec hiberno tempore comedendi.* בימות הגשמים *tempore pluvio* circumlocutio *brumæ* fit, quod in istis regionibus pluvia raro extra brumam contingat. גשם etiam simpliciter, *brumam* significare, ponendum in præteritis Lexicorum. Ipsum autem *Pythagoram* ferunt se vita potius spoliandum persequentibus ultro stitisse, quam per *Fabetum* suga sibi consulere voluisse. *Jamblichus* decem, *Suidas* quinquaginta *Pythagoreis* itidem factum memorat. *Myllias Crotoniata* mori maluit, quam *Dionysio* causas exponere propter quas *Pythagorei Fabis* abstinerent. Perinde etiam est quod de ipso *Pythagora* refert *Suidas*. *Myllia* uxor *Timycha*, in similem quæstionem veniens, suam sibi linguam præmordit, ne, tormentis victa, cogeretur τῶν ἐχεμυθουμένων τι ἀνακαλύψαι, *arcanorum quidpiam detegere*, referente *Jamblicho*. Quæ cum ita sint, exquirendæ prorsus sunt causæ idoneæ, quæ tam prudentes eo obsti-

obſtinationis impulerint. Quâ in re minime ſatisfaciunt qui *Fabas*, cum *Plutarcho* & *Nonno Scholiaſta Nazianzeni*, & (ab his) *Reuchlino*, de *ſuffragiis*, quæ *Fabis* ferebant Athenienſes, interpretantur: quorum ſordida venditione nequiſſimi quidam tolerare vitam & rem facere non erubuerunt; Cleonis inſtar, qui κυαμοπρωξ propterea audivit apud Comicum, ἱππεῖσι. Quid autem *Pythagoricis Italiæ* agentibus, cum moribus Athenienſium commune? nec ſatisfaciunt *Cicero* & *Symeon Sethi*, qui hac abſtinentia divinationi per ſomnia *Pythagoreos* caviſſe volunt. Quo nomine primum Amphiaraum *Fabis* abſtinuiſſe refert γηπόνος *Didymus*, lib. II pag. 70. Multo minus qui pueriliter πάθημα γράμματος in flore *Fabaceo* & ſimilia cauſantur. Nullum enim horum, (ne ſi addas illud *Gellii* de re Venerea operte prohibita) cauſæ ſatis erit propter quam quis vitam malit amittere, potius quam iſtiuſmodi quicquam palam faciat. Et enimvero *Ariſtotelis* auctoritas me plurimum movet; is autem, ut in lemmate poſui, dixit *Pythagoram Faba abſtinuiſſe quod ſimilis eſſet θύρᾳ πύλαις, atque θύρᾳ πύλαις Fabam ſimilem eſſe* διὰ τὸ ἀγόνατοι εἶναι.

Cujus rei rationem prorſus novam odoratus *V. Cl. D. Mericus Caſaubonus*, amicus ſummus meus, pertendit in notis in Laertium, *inclementiam* ſub hoc involucro vetari. Supplices quippe *genua* ejus cui ſupplicatum prenſabant; *genibus* autem carentes *Fabas*, (parte cui advolvere ſe poſſent ſupplices) quaſi miſericordiæ ac clementiæ ſpe præcluſa, eo nomine portis *Inferni* ſimiles evadere, ideoque illis *Pythagoram* abſtinuiſſe contendit; atque omnes qui penitiora hic myſteria aucupantur amandans, ſuas ſibi res habere jubet. At eſto quod *portæ Inferni* nulla prece flecti queant; eſt hoc illis cum aliis rebus ſive fatali ſive naturali neceſſitate evenientibus commune: cur igitur eo nomine *Faba portis Inferni ſimilis* potius dicatur, quam rei alii inexorabili? niſi enim eximio aliquo atq; ſingulari nitatur hæc ſimilitudo, retundetur acumen illud, quod ſolet in hujuſmodi primas tenere. Quod etiam ad *inexorabilitatem* attinet, cur *Faba* diceretur *Portis Inferni* ſimilis, potius quam *Inferno* ſimpliciter; cum nulla vox in hujuſmodi otioſe redundare debeat? Nec cauſæ ſatis erit propter quam plantam *articulorum* ſive *genuum expertem* ad *inclementiam* deſignandam

dam optaret, nisi *genua tantum* tetigissent supplices: at id non est verum; *Pedes* enim etiam tangebant: Græci quippe supplicantis est τῶν ποδῶν ἅπτομαι· *Supplex ad pedes jacui*, inquit, eundem morem imitatus, *Cicero*. Vel si pedum vox ambigua sit, *barbam tangere* olim solebant (quod in Oriente etiamnum obtinet) *& manum*. Ἀνθερεῶνος ἢ γενειάδος ἢ χειρὸς ἥπτοντο ἱκέται ἱκετευομένου, ut ex *Euripide* probat *Eustathius* ad *Homeri* Iliadem primam p. 129. Veniam denique præfatus, fateor me credere non posse *Pythagoram* ipsum cum totidem suis maluisse ultima perpeti, quam uti rem tam vilis momenti, quam hæc expositio præfert, eloquerentur. In rebus insuper ad mores & communem vitam spectantibus etiam vulgo invidere salubre consilium & monita humaniora, à *Pythagorica* virtute alienum merito videatur. Et vero quæstione capitali, cui subjiciebantur, nulla opportunior occasio illud symbolum explicandi occurrere posse videatur, si tale quidpiam continuisset. Κυρίας interim δόξας, de Rerum præsertim Natura, ἐν ἀπορρήτοις φυλάσσειν οὐ νεμεσητόν· ad quas vulgi captus tantum obbrutuisse videatur, ut *Aristoteles*

ἀκροαματικὰ sua ἐκδεδομένα καὶ μὴ ἐκδεδομένα pronuntiare potuerit. Honestati autem ipsius naturæ tantisper consulendum videbatur; ne si gregi sciolorum nuda prostitueretur, illam impuræ animæ sequius concinnarent. Fabulas itaque & Ænigmata τῆς φιλοσοφίας κόσμον *Philosophiæ ornamentum* vocat Maximus Tyrius, dissertatione XXIX. De *Pythagoricis* igitur *Clemens* Centonum quinto, Τοῖς τυχοῦσιν οὐκ ἤθελον ἀναίδην ἐκκεῖσθαι πάντα, οὐδὲ κοινὰ ποιεῖσθαι τὰ τῆς σοφίας ἀγαθὰ τοῖς μηδ' ὄναρ τὰς ψυχὰς κεκαθαρμένοις· οὐ γὰρ θέμις ὀρέγειν τοῖς ἀπαντῶσι τὰ μετὰ τῶν τοσούτων ἀγώνων πορισθέντα, οὐδὲ γὰρ βεβάλοις τὰ ταῖν Ἐλευσινίαιν θεαῖν μυστήρια διηγεῖσθαι· καὶ ἡξῆς. *Noluerunt obviis quibusque omnia inverecunde exponi, neque communicari sapientiæ bona eis qui de animabus suis repurgandis ne in somniis quidem cogitassent: nec enim fas est vulgari cuique porrigere quæ tantis laboribus constant, nec profanis Dearum Eleusiniarum mysteria enarrare.* Extat inter *Græcorum* Epistolas *Lysidis* illa lectu dignissima, qua *Hipparchum*, post scholæ *Pythagoricæ* dispersionem, publice docentem, graviter violatæ

fidei

fidei incusat; inde hæc transtulit *Clemens*, & nos inde etiam correximus in locis. *Ægyptii* ergo prope simulachrum *Isidis* (qua rerum Naturam adumbrabant) *Harpocratem* ponere soliti, qui labiis manu compressis silentium imperitaret. (quod etiam *Augustinus* advertit, De Civitate Dei libro XVIII c. 5. tametsi ejus rei causam minime genuinam adsignaverit.) De *Iside* ergo *Saitica* inscriptio, Ἐγώ εἰμι πᾶν τὸ γεγονὸς, καὶ ὂν καὶ ἐσόμενον, ΚΑΙ ΤΟΝ ΕΜΟΝ ΠΕΠΛΟΝ ΟΥΔΕΙΣ ΠΩ ΘΝΗΤΟΣ ΑΠΕΚΑΛΥΨΕΝ. *Jamblichus* farraginem minarum pertexens quibus θεοὺργοὶ inferiores quasdam Potestates adigere solebant, κρυπτὰ τῆς Ἴσιδος ἐκφανεῖν recensuit: in excerptis ex codice Cæsariano: Quasi istarum Potestatum intersit nihil istiusmodi palam fieri. Et certe naturæ vi legitime cognita, vili mox penderentur istorum dæmonum ementita miracula. Itidem *Græcæ* Δήμητρος & *Romanæ Cereris* (quæ φυσικῶς eædem ac *Isis*) sacra, quæ Rerum Naturæ mysteria continebant, tanto cum silentio percepta legimus. Nihil ergo mirum si *Pythagoras* utrique, & *Isidi* & *Cereri*, initiatus,

atus, (πάσας γὰρ ἐμυήθη τάς τε Ἑλληνικὰς καὶ βαρβαρικὰς τελετὰς ut Laertius refert. Auctor θεολογουμένων τ' ἀριθμητικῆς itidem βαρβαρικὰς τελετὰς μυηθέναι memorat: p. 41. (excusa habent τελευτὰς, perperam) utpote cujus domum Metapontini Δήμητρος ἱερὸν ἐκάλεων, quod sacris *rerum naturæ* tam assidue operaretur: nihil inquam mirum si in ejusmodi Taciturnitatem & didicerit & docuerit. In more enim positum fuit præceptoribus Orientalibus (quos *Pythagoras* imitatus est) à discipulis suis jurandum exigere *Fidei*, ne quid secus tradant suis; & *Taciturnitatis*, ne quid sinant emanare in vulgus. Hoc σεμνὸν ὅρκον τῶν Πυθαγορείων adpellat *Olympiodorus* in vita *Platonis*, quæ cum Diogene Laertio nuper Londini prodiit. *Josephus* (De *Bello Judaico* libro II. c. 7. p. 786.) *Hessenos*, quos *Pythagoras* præcipue imitatus est, refert neminem ad convictum admisisse nisi prius persancte juraverit (inter cætera) μήτε κρύψειν τι τὰς αἱρετιστὰς, μήτε ἑτέροις αὐτῶν τι μηνύσειν, κἂν μέχει θανάτου τις βιάζηται. *Neque aliquid de mysteriis*

riis conſectaneos celare, neque profanis eorum quippiam publicare, etiamſi intentata quiſpiam mortecompellat, ut *Ruſinus* vertit. Pergit ibidem *Joſephus*, πρὸς τούτοις ὄμνυσι μηδενὶ μὴ μεταδώσειν τῶν δογμάτων, ἑτέρως ἢ ὡς αὐτὸς μετέλαβεν. *Jurat inſuper ſe nemini traditurum decreta, ſecus quam ipſe acceperit.* Atque hunc morem in ſchola *Pythagoræ* obtinuiſſe docti norunt. Plerique autem *Pythagoram* ipſum nihil prorſus literis mandaſſe volunt: & quæ ſub illius nomine hodieque circumferuntur Carmina Aurea, *Phocylidæ* eſſe videntur: ex eo enim Πῆ παρέβην—*&c.* verſiculum, laudat *Nicææ* archiepiſcopus, *Euſtratius*, in *Ethica Nicomachia*, pag. I. Notum etiam eſt quam diuturno ſilentio *Pythagoras* philoſophiæ ſuæ candidatos præparare ſolitus ſit: & ſaltem ex pertinace hujus ſectæ taciturnitate, aduſque *Philolai* tempora οὐκ ἦν τι γνῶναι Πυθαγόρειον δόγμα· ὅτε δὲ μόνος ἐξήνεγκε τὰ ἀφανέστατα περὶ βιβλία ὁ Πλάτων ἐπέστειλεν ἑκατὸν μνᾶς ἐωνημένος· teſtibus *Laertio* & *Jamblicho*. At enimvero *Plato* ſe muricibus *Sillographi* minime objeciſſet tantas haſce impenſas prodigendo, niſi ſapientiam *Pythagoreorum*

gorcorum vel quantivis feciſſet: nec vero fuiſſet opus tam chara redemptione, niſi per egregiam iſtius ſectæ Taciturnitatem ſteriſſet. Nec *Pythagoras* tantum ejuſque præceptores myſtæ *Ægyptii*, verum & diſcipulus *Numa*, cultus *Romani* inſtitutor, Sacerdotes *Fabæ eſum* vetavit. *Fabamque nec tangere nec nominare Diali Flamini licebat*, quod is τῷ Διὶ (vitali Præſidi) famularetur: *Faba autem putabatur ad mortuos pertinere: nam & noctu Lemuralibus jaciebatur larvis & Parentalibus adhibebatur ſacrificiis*, ut *Varro* & *Feſtus* referunt: nec *Ovidius* omiſit in *Faſtis*, lib. V. ſect. *Hinc ubi*, &c. Sic enim de celebrante *Lemuria*,

Cumque manus pure fontana perluit unda,
Vertitur, & nigras accipit ore Fabas;
Averſuſq; jacit: ſed dum jacit, Hæc ego mitto,
His inquam redimo meque meoſque Fabis.
Hæc novies dicit nec reſpicit; umbra putatur
Colligere, & nullo terga videnteſequi.

Sed & Hebræos *Legumen*, *lugentium cibum* vocare, conſtat ex *R. Eleaſaro* in Pirke cap. XXXV. ſect. אמר ר׳ אליעזר Ubi hæc habes הערשים מאכל צרה הם ואבל וגו *legumen cibus luctus ac doloris eſt*, &c. Pergitque memorare, ut *Patres* in *Morte Hebelis*, in

in *Vivicomburio Haranis*, in *Morte Abrahami*, in *Captivitate*, *legumina comederint*. Sed & apud *Danielem* Tres Pueri Captivi Aulicorum Principem *legumina* propterea forte poscebant. Ita enim voces זרעים & זרעונים vertit vetus interpres *Latinus*, adstipulantibus Syro atque Arabe. R. Saadias Gaon ad locum, *Omne genus Fabas adhibitas fuisse memorat*, פול העב *Fabam crassam* id est vulgarem, פיל מצרי *Fabam Ægyptiam*, & פול לבן *Phaseolum*. Atque hoc nomine *legumine* abstinuisse Summum Judæorum Sacerdotem, cui inter *lugentes* versari nefas erat, credibile est. Atque inde fortassis ad Gentes transiit mos iste *Silicernia legumine* (*fabaceo* præsertim) instituendi; à quo tamen eorum quoque (ut vidimus) *Summus Pontifex* abstinebat, ne funestaretur. Observavimus autem prius *Fabas* omnibus aliis sacris, excepta refrina hac τῶν νεκυιῶν, arceri: quod etiam *Artemidorus Onirocritorum* lib. I. cap. 70. adserit; [κύαμος] πάσης τελετῆς καὶ παντὸς ἱεροῦ ἀπελήλαται· Φακὴ δὲ πένθος προαγορεύει· *Lens luctum præsagit*. Quod *lenti* hic tribuit, *Fabis* etiam tribui debere certum est: quorum floribus πένθιμα γράμματα inscripta esse,

esse, pridem ex Didymo Agricola meminimus, & *Parentalibus* etiam adhibitas ostendimus. Qui vero *Pythagoricam* de istis ἐχεμυθίαν animadverterit, quali silentio πέπλον Ἰσιδος Ægyptii, Δήμητρος Græci, *Mundum Cereris* Romani venerati sint; ut sit juxta *Isidem* statutus *Harpocrates*; ut Numa *Tacitam* sive Musam sive Deam adoraverit: non dubitabit hæc omnia eodem fonte derivata, easdem silentii causas habuisse. *Pythagoram* quippe ab *Hessenis* & Ægyptiis institutum accepimus. Sed & Numam à *Pythagora* institutum fuisse, constans fama, referente *Plutarcho*, (in Numa) increbuerat; ejusque *Decreta* (ut & *Hessenorum*) *Pythagoricis* παντάπασιν ἀδελφὰ, qui comparationem inire velit, plane fatebitur. Etiam Cassius Hemina, & C. Piso Censorius memorant libros in Numæ sepulchro repertos philosophiam Pythagoricam continuisse: teste Plinio. lib. XIII. cap. 13. Fuit autem in more positum Ægyptiis, & ab illis, veteribus Græcis, velo parum nobilis argumenti præcipua philosophiæ suæ obnubere (ὑπὸ τερσχήματι φαυλοτέρας ὑποθέσεως κρύπτειν τὰ τῆς φιλοσοφίας σπουδαῖα.)

σπουδαῖα·) Sæpe vero si perfracto cortice epopta fias non multum lætere repertis; thesaurus quippe carbones. Sed qui rationem inierit *Pythagoræ*, viri extra omnem sapientiæ aleam positi (utpote qui in Arithmetica, Geometria, Astronomia, Musica, Morum ac Naturæ scientia, omnibus istius ævi palmam præripuerit; quique in Theologia, primus Græcorum, nobile illud scitum de Animorum Immortalitate tradiderit, ut cætera præteream) opinetur necesse est momenti quidem maximi fuisse, quæ arcano hoc tradendi modo initiatis tantum suis permitteret. Et qui hoc unicum symbolum *De abstinentia à Fabis*, suæ ac discipulorum vitæ dispendio clam profanis servatum adverterit, desinat magni alicujus mysterii rationem nobis invidere. Ostendam enim *Hanc Fabarum prohibitionem ob similitudinem quam habent cum Inferni portis, quod solæ sint genuum expertes*, totius philosophiæ *Pythagoricæ* summam atque apicem fuisse: ne cui mirum sit maluisse *Pythagoreos* capita potius sua devovere, quam committere ut tam grande arcanum in vulgus exiret.

Scivit ergo *Pythagoras* (ut & magnam partem *Cabalici* & Ægyptii) Divinum Opificem

ficem in erciſcunda univerſitatis familia ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις, *animas ſtellis numero pares* ſingulis, ſingulas inſeviſſe: ævum ergo omnes pridem animæ agebant ἐν τῷ ἀπλανεῖ; puro æthere veſcentes, utenteſque ἀΰλοις καὶ καθαροῖς καὶ ἀστροειδέσιν ὀργάνοις, καὶ συμπεριπολοῦσαι μετὰ τῶν θεῶν καὶ Συνδιοικοῦσαι τὸν ὅλον κόσμον, ut loquitur *Proclus* libro V. in Timæum, pag. 326. Celſus ergo apud Origenem dixit animas cecidiſſe ἀπὸ τῶν ἀψίδων τοῦ οὐρανοῦ· factum enim ut ἴυγγί τινι φυσικῇ καταπώμεναι in ſequiorem naturam propenſæ *Lethæum* fluvium corruptibilis regionis ad ebrietatem uſque potantes, ſuique mox oblitæ ac paſſæ πτεροῤῥύησιν, per Foramen Septentrionale, qua circulus lacteus ad Tropicum Cancri Signifero committitur, in orbem inferiorem delaberentur. R. *Eleaſarus* in *Pirke*, caput III. ait, רוח פנת צפון ברא ולא גמרה לפי שאמר כל מי שיאמר שהוא אולה יבא ויגמור את הפנה הזאת שהנחתי וידעו הכל שהוא אלוה *Cardinem plagæ ſeptentrionalis creavit* Deus O. M. (ἀπὸ κοίνου) *nec tamen conſummavit eum. Dixit enim quicunque ſe Deum eſſe dixerit,*

eat

eat & conſummet iſtam plagam, quam imperfectam reliqui, & ſcient omnes eum eſſe Deum. Septentrio autem *Mali regio* habebatur Cabalicis. Sequitur enim apud R. *Eleaſarum*

ושם הוא סדור לטויקים ולוועות לרוחות
ולשרים לברקים ולרעמים ומשם רעה
יוצאה לעולם שנ׳ מצפון תפתח הרעה

Et illic eſt ſedes nocivorum, & terribilium, ſpirituum immundorum, fulgurum & tonitruum, & illinc malum in mundum pervenit, uti dicitur, A Septentrione proruet malum, Jerem. 1. 14. Neque tantum Cabalicis ſed & *Ægyptiis* & *Græcis* à quibus & *Etruſcis* in Templo Augurali diſpertiundo. Lacuna ergo hac Septentrionali operte innuunt *Deum in rerum conditu poſſibilitatem mali præſtare ac penitus excludere noluiſſe; quo Meſſiæ futuro daretur anſa divinitatis ſuæ ſpecimen edendi:* is enim lapſis per foramen Septentrionale animabus (id eſt, *mali olim poſſibilis admiſſione*) ſuccurrens, ac labiles alioqui ſpiritus (ut Schola Chriſtiana perhibet) confirmans, *lacunam hanc Septentrionalem complevit & penitus obturavit*; ut ænigma veterum Cabalicorum ad partes Chriſtianas aſſeram. Mali itidem contagio *Pythagorici* animas à priſtino ſtatu dejectas exiſtimantes,

tantundem Aquilonari hoc descensu significatum ibant. Eo sensu à Cabalicis dictum צפון גדול מבוע הנשמות *Magnus Aquilo scaturigo animarum.* Antrum etiam Nympharum, quod *Homerus* in Corruptibilis hujusce Regionis symbolum plane effinxit, Januam Septentrionalem habet *animabus in humana corpora descendentibus*; Januam vero Australem *ad superos remeantibus.*

—Δύο δὲ τέ οἱ θύραι εἰσὶν,
Ἁι μὲν πρὸς βορέαο καταιβαταὶ ἀνθρώποισιν·
Ἁι δ' αὖ πρὸς νότον εἰσὶ θεώτεραι, οὐδέτι κείνῃ
Ἄνδρες ἐσέρχονται, ἀλλ' ἀθανάτων ὁδός ἐστιν.

——*Janua duplex:*
Hac boream spectans homines demittit: at illa
Respiciens austrum divinior, invia prorsus
Est homini, præbetque viam immortalibus unis.

Hæc *Homerus Ægypti* institutus (ut *Clemens Alexandrinus*, *Heliodorus* & alii non pauci asserunt) ex eodem fonte ac ipse *Pythagoras* hausisse videatur. Quicunque autem corruptibilis istius vitæ curriculum honeste confecerit, πάλιν εἰς τὴν οὖν συνόμου πορευθεὶς οἴκησιν ἄστρου βίον εὐδαίμονα ἕξειν, *ad comparis stellæ*

ſtellæ contubernium (ut eleganter *Chalcidius*) *denuo redit, vita beata fruiturus:* Qui prave, ſecunda generatione ſexum mutat, tertia hominem penitus exuens pro ſcelerum indole bruteſcit. Animæ (inquit *Plato* pag. 81. in *Phædone*) ἐνδοῦνται, ὥσπερ εἰκὸς, εἰς τὰ τοιαῦτα ἤθη, ὁποῖα ἄττ' ἂν ᾖ μεμελετηκυῖαι τύχωσιν ἐν τῷ βίῳ. *Jechiel Mile* cap. de Timore citat. Doctiſſimo *Gaulmino* in Notis ad Vitam *Moſis* p. 227. יש שהוא דומה לי לארי ויש לנחש ויש לחמור לכל הבריאת היא משתנה כפי מעשיהם וכפי השעה בה אשרי איש השולט ורובב עליו במו שרוכב על סוס או על חמור ואוי לו למי שיצרו שולט עליו זה נקרא רשע גמור *Eſt qui Leoni, eſt qui ſerpenti & aſino ſimilis evadit, inque omnes ſecundum opera ſua mutatur beſtias. Beatus qui* (paſſionibus ſuis) *imperat, eaſque velut equum ſeſſor domat, aut aſinum. Væ illi vero cujus germen malum* (id eſt fomes peccati) *prævalet, quoniam ille prorſus impius dicitur*, ut vertit *Gaulminus*. A malo autem ad pejus pronus lapſus eſt, quoad in ultimam vitæ ὑποστολὴν impingatur. Degenerari itaque poſſe exiſtimant hinc ad plantam uſque deterrimam, inde autem (ἀπηλλαγμένοις τῆς

γενέσεως) reditum adusque Deos patere. Heracliti ὁδὸν ἄνω καὶ κάτω illo sensu libenter acceperit Plotinus, Enneadis quartæ libro octavo. Istam *viam sursum & deorsum* non tantum de Animæ, sed & de universis rerum naturæ vicissitudinibus intelligunt Laertius & Maximus Tyrius. Laertius extulit sciviſſe Heraclitum μεταβολὴν ὁδὸν ἄνω καὶ κάτω· Maximus ἀλλαγὴν ὁδῶν ἄνω καὶ κάτω, Differt. XXV. tametsi non ignorem qua lectio Laertii defendi possit: non dubito tamen quin & illic ὁδῶν quoque legi debuerit. *Sursum* autem tendentes animæ recta tandem ad Deum recellunt: *Deorsum* tendentes recta εἰς βόθρον καὶ εἰς χοιρίας βαπτισμὸν feruntur, ut loquitur Nicomachus Gerasenus in Quinario. Metas ergo hujusce curriculi ὑποθέσιν & ὑποκολοκυνθίδα fingas licet: Bonis propriæ virtutes veram; Magnis, Regibus, Imperatoribus & ejusmodi, popelli adsentatio saltem fictam ὑποθέσιν conciliabat: quam accuratissime descripsit *Herodianus* sub initium libri quarti. Utcunque *Seneca Claudium*, Imperatorum insulsissimum, ὑποκολοκυντα-

χωνευθέν]α perſtringere maluit; quaſi anima ejus in cucurbitam migrante. *Talmudici* de גלגול הנשמות *animarum tranſmigratione* aliquoties agunt. Item R. *Simeon* in *Zohar* loco mox producendo. *Menaſſeh B. Iſrael* in *Niſmat Chajim*, *Tranſmigrationis opinionem Abrahamo Patriarchæ* adſcribit. Et alii quos tranſcribere longum foret. Fruſtra ergo eſt R. *Benjamin Tudelenſis* qui *Dogziin* populo *Sidoniis* finitimo ob hanc opinionem *Paganitatis* & *Atheiſmi* notam inurit, ſedulo interim ſuis cavens, dicendo ואין ביניהם יהודי *at nulli inter eos Judæi.* Conſule Itinerarii p. 9. edit. *Briſgoienſis. Mayemonides* & cum eo non pauci cenſent animas malorum, quæ corrigi non poſſunt, poſt varias viciſſitudines è rerum naturæ finibus ejici atque aboleri penitus in nihilum. *Cabalici* tribus minimum corporibus alternis ſingulas conjungi animas ſtatuunt: ne commiſſorum peractæ coram ſupremo Judice, corpus ſuum minus ad virtutem idoneum contigiſſe cauſari poſſent. Hinc eandem animam viciſſim *Adamum*, *Davidem*, & *Meſſiam* animare volunt; ſingulis literis nominis אדם totidem illas manſiones initiali conſignantibus. Hujus opinionis affinem ipſum *Origenem* faciunt, nempe

εἶναι μετενσωμάτωσιν, ἢ ὅτι ἡ μὲν Σωτὴρ ψυχὴ ἦν ἡ δὲ Ἀδὰμ ἦν, ut *Photius* perhibet cap CXVII. Verum istam μετενσωματώσεως opinionem per calumniam *Origeni* tributam esse plane liquet: libro enim III. adversus *Celsum* dicit, Ἀλλὰ τὰς πεπυθότας τὴ περὶ τὴ μετενσωματώσεως ἄνοιαν, ἀπὸ ἰατρῶν, τὴ καταβιβαζόντων τὴ λογικὴν φύσιν, ὅτε μὲν ἐπὶ τὸ ἄλογον πᾶσαν, ὅτε δὲ καὶ ἐπὶ τὸ ἀφάνταστον, θεραπεύομεν. *Quinetiam illis qui dementia Transcorporationis laborant, ex imbibito pristinorum Medicorum decreto (deprimentium naturam rationalem nonnunquam in omne genus irrationalem, nonnunquam etiam in perceptionis expertem (i. e. vegetabilem) medemur.* Animam definit Origenes Οὐσίαν φανταστικὴν καὶ ὁρμητικήν· *Substantiam perceptionis & appetitus compotem* περὶ ἀρχῶν lib. II. cap. VIII. ἀφάνταστα ergo illi inanimata habentur, utpote quæ vegetatione tantummodo gaudent. Hunc locum delumbavit V. interpres, sed & egregie pervertit *Gelenius*, nec emendavit recognitor *Cantabrigiensis*. Istam opinionem hic ἄνοιαν & libro primo μυθικὴν μετενσωμάτωσιν

τωσιν̄ v. etiam μῦθον vocat. Et ne quis illum, utcunque abnuentem Transcorporationem in bruta & vegetabilia, etiamnum suspicetur intra orbem rationalem statuere posse; legat III. Homiliam in *Matthæum*: ubi in illa, *Helias venit*,&c. inquit, *Helias jam venit, non Anima Heliæ est intelligenda, ut ne incidamus in dogma Transcorporationis, quod alienum est ab Ecclesiastica veritate*, p. II. Tom. II. Quæ autem discutienda de Transcorporatione proposuit in libris περὶ ἀρχῶν, non sunt pro decretis & ratis sententiis habenda; id enim ne fieret non uno in loco cavet Origenes, omnium philosophorum modestissimus. R. *Simeon* in *Zohar* (initio paginæ centesimæ quinquagesimæ) asserit *Animam Hebelis primo transmigrasse in Seth, secundo in Shem, tertio in Mosem*, id sibi volunt ista משה זה שת ואיהו שם ואיהו חבל hoc dicit fretus verbis *Jobi* cap. xxx. v. 19. *Omnia hæc operatur Deus Bis Terve cum homine.* Verum in vice Terna sisti Transmigrationem statuit; nec ad Quaternam pertingere posse, quod dicat *Amos* cap. I. v. 3. ועל ארבעה לא אשיבנו *& super quatuor non faciam reverti eum*, quæ verba ille futiliter

exponit לא אשיבנו בגלגולא יתיר *non faciam reverti in transmigrationem denuo*, &c. de Terna transmigratione etiam *Pindarus*, *Olympicis*, *Ode* II. inquit,

Ὅσοι δ' ἐτόλμασαν ΕΣ ΤΡΙΣ
Ἑκατέρωθι μείναντες,
Ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔχειν
Ψυχὰν, ἔτελλαν Διὸς
Ὁδὸν πρὸς Κρόνου τύρσιν.
Qui valuerunt ad Tertiam usque vicem,
Utrobique manentes, animam
Ab injustis omnino abstinere,
Perrexerunt Jovis viam
Ad Saturni urbem.

(Τολμᾶν significat *valere*, *posse*, *sustinere*, *durare*, apud vetustissimos Græcos, Hippocratem sæpe.) Summam nempe felicitatem illorum prædicat qui Ter per metensomatosin probati sese à vitiis immunes usque præstiterunt. De *Cabalicorum* sententia de Transmigratione consule *Menaßeh B. Israel* in Conciliatore quæst. XLIII. præsertim vero legas tria ultima cap. libri De Animæ immortalitate. Andocides, Eubulides, Aristoxenus, Hippobatus, & Neanthes, quinque rerum

rerum Pythagoricarum Scriptores, Διακοσίοις λέγα ἐξ ἔτεσι τὰς μετεμψυχώσεις τὰς αὐτῷ συμβεβηκυίας ἔφασαν γεγονέναι· μετὰ ποσάδε γοῦν ἔτη εἰς παλιγγενεσίαν ἐλθεῖν Πυθαγόραν, καὶ ἀναζητῆσαι (lege ἀναζῆσαι) ὡσανεὶ μετὰ τὴν πρώτην ἀνακύκλωσιν καὶ ἐπάνοδον ἀπ' ἐξ ψυχογονικοῦ κύβου· καὶ ἐξῆς. *Ducentis ſedecim annis tranſanimationes, quæ Pythagoræ contigerunt, eveniſſe memorabant: eumque poſt totidem annos renatum in vitam rediiſſe; nempe poſt primum circuitum reditumque à Senario cubo animarum productore.* Nimirum numero Senario καὶ ψυχογονίας inſignem quandam facultatem tribuentes, eidem κυβικῶς multiplicato, tranſanimationes curriculum tribuebant: nempe Sexies ſex, ſexies, facit ducenta ſedecim: Ducenteſimo decimo ſexto autem anno revixiſſe aliquoties Pythagoram, ad hiſtorias provocatum, tanquam res eſſet ſeria: lege Anatolium in Senario, θεολογουμένων ἀριθμητικῆς p. 41. *Abu Ali* ſtatuens dari التناسخ *tranſmigrationem animarum*, hominum in bruta, & vice verſa, totam rem in Allegoriam vertit; quo pacto *Philo* lib. De Legibus ſpecialibus pag. 792.

Πᾶς ὁ ἐρημωθεὶς λογισμοῦ (τοῦ κρείττονος μέρους ψυχῆς) μεταβέβηκεν εἰς ἧττον φύσιν, καὶν ἔτι μένωσιν οἱ τοῦ σώματος χαρακτῆρες ἀνθρωπόμορφοι. *Unusquisque rationis, potioris animæ partis, expers, in brutam naturam migravit: tametsi corporea figura humanam adhuc speciem retinere videatur.* Sed Philosophi *Judaici, Persæ, Indi, Arabes, Ægyptii, Pythagorici, Academici* crassioris opinionis affines videntur: ut nostris in *Plutarchi* libros de *Iside* & *Osiride* fusius ostendetur. Quid etiam hac de re *Pythagoras* atque *Origenes*, in libro nostro de illorum vitis & decretorum παραλληλισμῷ, & quo freti revera senserint, accuratius demonstrabitur: hæc utcunque hoc in loco sat erunt. Cum autem ᾅδης (*localiter*) *sit regio naturæ corruptibilis*, hinc *Pythagoricis* animæ cœleste solum vertentes atque ἰοῦσαι εἰς γένεσιν, dicuntur etiam καταλθεῖν εἰς ᾅδου. Sed & ab *Arabe* aliquo, opinor, edoctus *Paracelsus* dixit *In inferno esse, in transibili degere morarique*, lib. de Præsagiis. Abu Ali Ebn Sennæ enim capite secundo libri *Almahad* الماد memorat Arabes quosdam Magorum sententiæ subscribentes, statuere,

ſtatuere, *pœnam & cruciatum ineſſe ipſi animæ ex retentione ipſius vel ejus incarceratione in mundo elementari.* Cl. *Pocockius* citat R. *Tanchum* ad 1 *Sam.* cap. XXV. v. 29. dicentem *De improbis*, *Perpetua viciſſitudine* تلعب فيها امواج الطبيعة *ludere illos fluctus naturæ.* De iiſdem Carminum Aureorum auctor.

——οἷα κυλίνδροις
Ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται, ἀπείρονα πήματ' ἔχοντες.

——*Volumine rapti*
Huc illuc, pœnas expendunt tempus in omne.

Empedocles de ſe,

Δὴν καὶ ἔγω νῦν εἶμι φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης.
Jampridem ſed & ipſe vagor divinitus exſul.

Pro Δὴν vulgo legitur τὴν, pro εἶμι *eo*, εἰμὶ *ſum*, perperam.

Pythagorici enim tunc exſulare ac *mori animam* ferunt, cum vitam illam vitalem qua in cœlo fruebatur deſerit atque amittit, voluptatis corporeæ illecebris ineſcata: ac tunc deſcendere eam in regionem hanc corruptibilem atque infimam; Heraclitus etiam hoc

hoc ſenſu dixit *Mori nos Animarum vitam, ac vivere illarum mortem*; interprete Porphyrio. Hinc Diis Inferis melle, voluptatis iſtius indice litatum: mortem vero Animalis, Animæ purgatæ vitam ſciſcunt; hinc Superis fuſo ad mortem uſque ſanguine litatum. (Nec poterit mirum illis videri, qui obſervarunt quantus τελετῶν inſtitutor *Pythagoras* extiterit, ſi iſtæ *Pythagoriſmi* odorem præferant.) Opinabantur enim Bonorum animas ἐπειδὰν ἀνήλθωσι τῶν κατὰ σάρκα δεσμῶν οἷον δὴ μακρᾶς δουλείας ἀπηλλαγμένας, τότε χαίρειν καὶ μετεώρους φέρεσθαι, i.e. *Quando quidem ex vinculis carneis redierint, quaſi à diuturna ſervitute liberas, tum geſtire præ gaudio atque ſublimes ferri.* Miſerum vero habebant, Animas, Materiæ legibus obnoxias, duram ſortem perpetuæ reciprocationis in hoc orbe experiri: dandamque inprimis eſſe operam τῆς ἐνύλου φύσεως χωρίζεσθαι, *à natura corporea ſeparari*, ut loquitur Jamblichus in Protreptico: ut quam expedite hinc ad priſtinam in cœlo patriam emergatur. Hoc oraculum jubet apud *Syneſium*,

Μηδὲ

Μηδὲ κάτω νεύσῃς εἰς τὴν μελαναυγέα κόσμον,
Ὧι βυθὸς αἰὲν ἄπιστος ὑπέστρωταί τε καὶ ᾅδης.
Nec deorsum vergas ad mundum lucis egentem,
Infido nixum fundo, cui subditus orcus.

Apud eundem cultissimum scriptorem, Hymno primo,

Μάκαρ ὅστις βορὸν ὕλας
Προφυγὼν ὕλαγμα, καὶ γᾶς
Ἀναδὺς, ἅλματι κούφῳ
Ἴχνος ἐς θεὸν τιτάνει.
Felix qui voracem materiæ
Evitans latratum, atque à Terra
Emergens, saltu levi
Vestigia ad Deum dirigit.

Consulendus de his *Porphyrii* luculentissimus libellus in *Nympharum antrum*. *Ægyptium* vero morem sensibilis instrumenti adminiculo innuendi sublimia quæque Mentis tantummodo sagacitate pernoscenda attigimus prius; eaque de re veteres abunde fidem faciunt, & totus ille *Ori* liber ἱερογλυφικῶν diserte clamat. Sed & *Pythagoræ* symbola *Ægyptium* istum morem plane redolent. Atque hic etiam Κυάμους ἐλάμβανεν εἰς σύμβο-

λον

λον δ κατ' εὐθεῖαν γενέσεως καὶ ἀκαμπῆ, διὰ τὸ μόνον σχεδὸν τῶν σπερματικῶν δι' ὅλου τετρῆσθαι, μὴ ἐγκοπόμενον ταῖς μεταξὺ τῶν γονάτων ἐμφράξεσι· *Fabas sumpsit in tesseram generationis rectæ tendentis ac nunquam reflexæ: propterea quod fere sola Faba ex plantis semini conferentibus* (ita verto σπερματικῶν) *scapo penitus perforato sit, nec ullibi articulorum interpositis obturationibus impedito.* Doctissimus *Holstenius* τῶν σπερματικῶν *quæ seruntur* vertendo, rationem hujusce symboli valde delumbavit. Cum enim penes semen sit omnis generatio, Generationem Continuam ac Perpetuam innuere volens *Pythagoras*, Plantam Spermaticam, id est, semini apprime conferentem elegit, cujus scapi cavitas nullo prorsus geniculo, quasi obice, obturaretur: satis id opinor scite; neque enim in rerum natura quicquam aptius occurrebat. Atque in eo *Portæ Inferni* similis est *Faba*, διὰ τὸ ἀγόνατον εἶναι, *quod genuum expers sit*, ut loquitur *Aristoteles:* vel διὰ τὸ δι' ὅλου τετρῆσθαι, καὶ μὴ ἐγκόπτεσθαι ταῖς μεταξὺ τῶν γονάτων ἐμφράξεσιν, id est, *Propterea quod penitus perforetur,*

perforetur, nec articulorum sive geniculorum obicibus intercipiatur: perinde ac *Porta Inferni nunquam oppessulata animabus* εἰς γένεσιν κατιούσας *in generationem descendentibus perpetuo patet. Pythagoras* ergo *Fabas vetando, cavit à generatione continua ac perpetua*; insinuans suis, satius fuisse pollutum corruptibilis hujusce regionis hospitium nunquam intrasse, sed quando id integrum jam non fuerit, saltem ut, admissi, quam primum *generationem sistant*, atque ad superiora redire nitantur. *Synesius* istius Philosophiæ egregius alumnus eo sæpe alludit. Hymno III. ad Deum hæc habet,

Θρόνισόν με, πάτερ,	*Colloca me pater,*
Φωτὸς ἐν ἀλκᾷ	*Lucis in vi*
Ζωηφορείᾳ,	*Salutaris,*
Ἵνα χεῖρα φύσις	*Quo manum natura*
Οὐκ ἐπιβάλλει·	*Non injicit:*
Ὅθεν ἔτι γᾶ,	*Unde non amplius terra,*
Οὐ μοιραία	*Non fatale*
Κλῶσις ἀνάγκας	*Stamen necessitatis*
Παλίνορσον ἄγει.	*Denuo reducit.*

Λιπέτω

Λιπέτω, φυγέτω	*Linquat, fugiat*
Δολερὰ γένεσις	*Doloſa natura*
Θεραπόντα τέοι.	*Famulum tuum.*

(Infinita ſunt quæ peccat *Petavius* in hoc auctore vertendo: præſertim in Hymnis.) Atque ita ſingularum in hoc ſymbolo vocum rationem reddidiſſe videmur. Sed & *Porphyrium* eſſe ſecutos nemo ſane mirabitur, qui iſta perpenderit: neque enim horum, qui ad manus noſtras pervenerunt, *Porphyrio* quiſquam ad hæc intelligenda meliore occaſione uſus, aut majorem induſtriam adhibuiſſe videatur. Cum autem viderem hoc ſymbolum ad vita functos (ſenſu *Pythagorico*) ſpectare; atque mentione τῆς πυλῶν ᾅδης huc ab ipſo *Grotio* referri; eodem & haſce qualeſcunque vindicias adtexui. Siquis vero ut alieno iſta in loco, ὑπὲρ πραγμάτων τῶν δέοντος dicta culpaverit, in te hæc cudetur *Faba*, qui ita voluiſti.

SECT.

SECT. VI.

Sheol in *Paradiſum* & *Gehennam* ab *Hebræis*: *Haden* in *Elyſium* & *Tartarum* à *Græcis* itidem diſtingui. *Gehennam* ab *Hebræis* ſubdividi in *Superiorem* & *Inferiorem*; *Tartarum* pariter à *Græcis* ſubdividi. Ex *Gehenna ſuperiore* luſtratos redire juxta *Hebræos*. Pariter & *Græcos* ſentire. *Bonos* ad *Cœlum*, *Malos* ad *Gehennam* ſive *Tartarum Inferiorem*, *Mediocres* ad *Superiorem* itare.

Dari varias regiones tam in Paradiſo *quam* Gehenna. *Tam* Paradiſum *quam* Gehennam *contineri in* Sheol. Elyſium & Tartara *Græcis* ὑπὸ ᾅδῃ. *Saga Endorenſis verum Samuelem evocavit. Chriſtus deſcendentes* εἰς ᾅδῃ, *vi tantum iſtius vocis ad* Tartara *deſcendiſſe concludi non poteſt.*

Bivium כי פלש, *hac ad* Beatorum insulas *illac ad* Tartarum *ducens. R. Jochanan moribundus illud bivium ob oculos habuit. Bonorum locum ab dextris, Malorum à sinistris esse. Angelos adesse Bonis Bonos, Malis Malos deducendis. De Angelis Malis & illorum principe. Furiæ & Diræ tortrices.* Εὐμενίδες ἢ ποιναὶ *Græcorum. De Angelis Bonis & illorum principe Michaele. Poetis Mercurius* ψυχοπομπὸς, *Philosophis Genius suus cujusque* ἡγεμὼν ἢ συνέμπορος. *Locus perquam insignis* De Vita Functorum statu *ex Gemara Rosh Hashanna. Locus consimilis ex Phædone.*

שאול SHEOL, *pro loco vita functorum communi* acceptum, *Hebræi* in Duas solent Regiones dispescere ; *Paradisum* nempe & *Gehennam.* Utramque harum regionum in septem mansiones subdividunt ; quibus distinctos gradus, hinc felicitatis illinc miseriæ, adstipulante quadantenus sacra pagina, significatum eunt. Sex superiores *Gehennæ* regiones גיהנם עליון *Gehennam superiorem* constituunt, unde animas purgatas redire volunt : Septima autem est imum illud *tullianum*, unde reverti non datur.

tur. Tam autem *Paradisum* quam *Gehennam* in *Sheol* contineri certum est; quemadmodum *Græcorum* ᾅδης & *Elysium* & *Tartara* continet. *Medrash Tillim Solomonis* illud *De binis sanguisugæ filiabus* (quod *Hieronymum* secuti, de *Luxuria* & *Philargyria* fere exponunt) sic interpretatur; *Mater harum filiarum pertinaciter dicentium cedo, cedo, est ipsa Sheol* (nomen sortita à petacitate) *ejusque filiæ sunt Gehenna & Paradisus: Quarum* זו אומרת תנו לי צדיקים וזו אומרת תנו לי רשעים *hæc dicit cedo mihi justos, altera autem dicit cedo mihi impios.* Hæc sententia inde citatur à R. Solomone Jarchio, (in Proverbiorum caput XXX. v. 15.) cujus pleraque omnia ex Medrashim translata, tanto majoris auctoritatis habenda sunt. Ἐν ᾅδου συνέχονται ψυχαὶ δικαίων τε καὶ ἀδίκων, inquit auctor operis *Josepho* adscripti, quod edidit D. *Hæschelius* in Notis ad *Photium* pag. 9. Et quo sensu *Sheol* & ᾅδης in *subterraneis* esse dicantur, itidem ὑπὸ χθονὸς δικαιώσεις τε καὶ τιμὰς οἷς ἀρετῆς ἢ κακίας ἐπιτήδευσις ἐν βίῳ γέγονεν, ex *Pharisæorum* sententia statuit *Josephus*, Originum libro XVIII. cap. II. Hinc & ipse *Samuel*, è Beatorum loco arcessitus,

dicitur *adſcendiſſe è terra.* Pythia enim *Saulo* quærenti quid vidit, reſpondit אלהים ראיתי עלים מן הארץ *divum vidi adſcendentem è terra*, ut eruditiſſimus *Caſtellio* & *Pagninus* verterunt. *Arias* autem e *Montanus*, *Pagnini* verſionem pervertens, quod ſolens facit, אלהים *Deos*, plurium numero, hic interpretari maluit: ſed reclamant continenter ſubjuncta verba in ſingulari, *quæ forma ejus ?* & unici ſubinde viri pallio (*Sacerdotali* ut inquit *Joſephus*) amicti, deſcriptio. R. Eſaias & *R. D. Kimkius Elohim* hic exponunt אדם גדול *virum auguſtum* optime. Væcordiam iſtam ἀφροσύνην ut putarim Beatorum animas penes malos ſpiritus eorumque miniſtros eſſe: at enimvero Magis non ſemper is quem invocabant, ſed ἀντίθεος fæpe aliquis obrepens, ingeſſit ſeſe, ut memorat *Arnobius*, lib IV. Quid ergo ſi ſagæ *Endorenſi* familiarem Obum, quicum conſueverat, expectanti, Deus ipſe revera ex inopinato *Samuelem* ſtiterit: atque hæc fuerit cauſa oborti mox pavoris, quo mulierecula inhorruiſſe dicitur. Mihi certe *Samuelem* minime perſonatum fuiſſe, perſuadet *Sirachides*, cap. XLVI. v. 23. Ubi de *Samuele* ſic,

Καὶ

Καὶ μετὰ τὸ ὑπνῶσαι αὐτὸν προεφήτευσεν, καὶ ὑπέλειξε τῷ βασιλεῖ τὰ τελευτὰ αὐτῦ, καὶ ἀνύψωσεν ἐκ γῆς τὰ φωνὰ αὐτῦ ὡς προφητεύσας ἐξαλεῖψαι ἀνομίαν λαῦ. *Syrachus* qui hæc *Hebraice* scripserat, tam prope abfuit à Synagogæ magnæ ævo, ut ex ejus, ipsorumque adeo Prophetarum sententia locutus videatur. R. *Nathan* apud R. *Eleasarum* c. XXXIII. inquit, כל הנביאים נתנבאו בחייהם ושמואל נתנבא בחייו ואחר מותו *Omnes prophetæ vaticinati sunt dum in vivis essent: sed Samuel & in vivis & post mortem suam. Itidem* R Isaacus Sangarus in Cozari sermone primo de Saulo & Samuele שאל אחר המלכים נביא סת והתנבא לו בכל מה שיבא עליו כאשר הית מתנבא לו בחייו *Consuluit quidam rex vatem mortuum, qui prædixit ipsi omnes casus suos, quemadmodum vivus prædicere solebat.* Pariter sentiunt Jarchius, & Gersbomius, & Judæi omnes quos ea de re consului. *Josepho* saga hæc *Samuelem* κἀλεῖν ἐξ ᾅδου dicitur. Christus ergo in Paradiso fuit & eadem opera ἐν ᾅδου. Nodum itaque in scirpo quæsivit *Augustinus*, poteratque labori peperciisse quem ei quæstioni in Epistola ad *Dardanum* & aliquoties

alibi insumit. (vid. *Augustin.* Epist. CLVII. tom. II. De *Genesi* ad literam lib. XII. cap. 34. Contra *Felicianum Arianum* c. 15. & alibi.) Cumque in Symbolo Credamus in Christum κατελθόντα εἰς ᾅδου, frustra fuerunt qui eum in Tartara vi tantum istius vocis descendisse crediderunt. Ista enim assertio aliis potius S. Scripturæ dictis ac Traditione Ecclesiastica niti debet. *Diodorus Siculus* τοὺς τῶν ἀσεβῶν τιμωρίας, καὶ τοὺς τῶν εὐσεβῶν λειμῶνας εἰς ᾅδου collocat. In *Orci* trivio sedere Judices memorat *Plato* in *Gorgia*, à quibus ἐξῆς φέρεται τὼ ὁδώ. ἡ μὲν εἰς μακάρων νήσους, ἡ δ' εἰς Τάρταρον. *Deinceps duæ viæ tendunt, hæc ad Beatorum Insulas, illa ad Tartarum. Rabban Jochanan Ben Zaccai* moribundus dixit אלא שיש לפני שני דרכים אחת של גן עדן ואחת של גיהנם *Enimvero ob oculos bivium habeo; hac ad Paradisum, illac ad Gehennam itur:* In *Gemara Berachoth*, fol. XXVIII. p. 2. Quem locum transcripsit. R. Nathan in sectione בן עזאי sui Avoth (qui extat in fine ultimi voluminis Talmudis Babylonicæ, Editionis Basileensis, & post Codicem Horajoth Editionis Amstelædamensis) *Diphilus Comicus* apud *Clementem Centone* quinto,

Ἐστιν

Ἔστιν δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ·
Καὶ γὰρ καθ' ᾅδην δύο τρίβους νομίζομεν,
Μίαν δικαίων, θατέραν ἀσεβῶν εἶναι
Ὁδὸν——.

Pro ὁδὸν vulgo ὅρον perperam legitur. *Virgilius* dixit,

Hic locus est partes ubi se via findit in ambas.
Dextera, qua Ditis magni sub mœnia tendit;
Hac iter Elysium nobis: sed Læva malorum
Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit.

Alibi etiam *Tartara*, in *rupe Sinistra* fundat. *Er Pamphylus* apud *Platonem* Reipublicæ X. ait Infernos Judices τοὺς δικαίους κελεύειν πορεύεσθαι τὴν εἰς δεξιάν τε καὶ ἄνω διὰ τοῦ οὐρανοῦ· —Τοὺς δὲ ἀδίκους τὴν εἰς ἀριστερὰν τε καὶ κάτω. Ipse Christus pro tribunali στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐξ δεξιῶν αὐτοῦ, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων. *Matthæi* XXV. v. 33. *Drithelmus Saxo* apud Bedam *Tartarei supplicii locum à Sinistris esse advertit.* Mohammedes de utrisque itidem statuit. Ne autem animæ non rectam Bivii partem carperent; utrique coloniæ, tam Bonarum quam Malarum, deducendæ,

ductores ſtatuunt. Has nempe in cuſtodiam agunt Angeli Maligni, quorum princeps Tartareus commentarienſis Beelzebul; quem Apocrypha *Enochi* Σεμιαζᾶς, ἄρχοντα ἀγγέλων ἁμαρτησάντων vocant. Talmud tractatu *Gittin* אשמראי *Aſmodæum:* quam vocem *Perſicæ* origini adſeruit Eruditiſſimus Gravius in Annotationibus (pag. 58.) in *Perſicam* Evangeliorum verſionem: Chaldæus memorat Deum adverſus *Solomonem* prævaricantem, miſiſſe אשמדיי מלכא דשידי *Aſmodæum regem diabolorum*, in vindictam: ut habetur in Rabbinicorum Bibliorum editione Bombergiana. Buxtorfius & noſtri omiſerunt; nollem factum: mallem utique Judæum futilia ſua proferentem ſuſque deque habere, quam ut noſtra caſtratione fruſtra prudens ac ſobrius eſſe videatur. *Samael* multo frequentius dicitur in ſcriptis Rabbinicis: quod nomen eundem dæmonem ac *Aſmodæus* ſignificare teſtatur *Elias.* Is Gehennæ Princeps dicitur in *Gemara* Sanhedrin fol. 52. pag. 1. חרג עליהן שר אל נהינם שניו *Frenduit in illos Gehennæ princeps dentibus ſuis.* In Devarim Rabbah pagina penultima סמאל הרשע ראש כל השטנין *Samael impius princeps omnium Satanarum* vocatur:

vocatur: In Alcorani Surata II. Beelſebub. *Marcello*, libro de Medicamentis cap. XV. in Magico amuleto Τοάναδον vel Τυσάναδον dicitur; verba ſunt,

Εἶδον τριμερῆ λεύστεον Τοάναδον,
Καὶ ταρταρόχυ Τυσάναδον,
Σῶσόν με σέμνε νεκτέρων ὑπέρταλε.

Luderet operam qui iſtorum nominum Etymologiam venaretur: μαγείαν enim λόγους ἔχειν φόδρα ὀλίγως γινωσκομένους dudum advertit *Origenes* libro primo adverſus Celſum. Regioni autem Gehennæ גיהנם של מלאכי חבלה *cœtus angelorum carnificum* tribuit liber *Jeſod Shirim*. Teſtibus autem S. literis oppido plurimi ſunt (ut poſtea dicetur) Imperatori Maligno ὑπεύθυνοι, quos φοβερὰς δυνάμεις appellat S. *Chryſoſtomus* oratione ſecunda de *Lazaro* Τιμωρὸς δαίμονας *Syneſius*. Δαίμονας δημίους *Genios Carnifices* Origenes, libro octavo adverſus Celſum. Hi videntur eſſe καταχθόνιοι δαίμονες quos *verendos* eſſe, atque adeo *juſta* eſſe *facienda*, monet Aureum Carmen,

Τὺς δὲ καταχθονίους σέβε δαίμονας ἔννομα ῥέζων.

(Falli

(Falli videtur Hierocles qui per καλαχθονίους δαίμονας *animas* hic *humanas* intellexit; quibus etiam τὸ Σέβε minime convenire videatur.) Illorum nomina mallem à Rabbinis discas. *Græcis* animæ in Tartarum trahuntur lictoribus Furiis ad Diras tortrices, quæ, tametsi *Angelis Malis* Hebræorum partim respondeant, (neque aliunde forsan originem duxerint) in tam multis tamen discrepant, ut merito reprehensus sit *Herodis* Infanticidæ auctor à *Balsacio* & *Salmasio* quod in *Judaicam* Tragœdiam Furias de dramate Palliato admiserit. De Furiis & Diris ultricibus *Gobrias Magus* in *Axiocho*, Ὅσοις τὸ ζῆν ἀφ' κακουργημάτων ἠλάθη, ἄγονται πρὸς Ἐρεννύων ἐπ' Ἔρεβος ὑ Χάος ἀφ' Ταρτάρου ἔνθα χῶρος ἀσεβῶν, ὑ Δαναΐδων ὑδρεῖαι ἀτελεῖς, ὑ Τιτυοῦ σπλάγχνα, ὑ Σισύφου πέτρος ἀνιώντος, ὧ τὰ τέρματα αὖθις ἄρχεται πόνων· ἔνθα φηρὶ θελιχμώμενοι, ὑ λαμπάσιν ὀπιμόως πυρούμενοι Ποιναῖς, ὑ πᾶσαν ὠκίαν ἀκιζόμενοι ἀϊδίοις πιμελείαις τρύχονται. *Qui vitam in male agendo transegerunt, aguntur à Furiis ad Erebum & Chaos per Tartarum;*

UMI

tarum: ubi impiorum locus & Danaidum hydriæ perfluentes, & Tantali ſitis, & Tityi viſcera, & Siſyphi irrito volutus lapis, qui à fine initium iterandi laboris ſumit: illic à feris appetuntur, & Dirarum lampadibus perpetuo aduruntur, omnimodiſque plagis cruciati æternis ſuppliciis torquentur. *Græci* etiam animarum tortores Genios πλῆκτας vocant, etiam ἀλάστορας & παλαμναίους, ὡς ἀλήστων πυῶν καὶ παλαιῶν μιασμάτων ποινὰς ἐπεξιόντας· ut habet *Plutarchus* libro de Oraculorum defectu. Iſti ſunt ἄνδρες ἄγριοι καὶ λάπυροι ἰλεῶν in *Eris* apologo apud Philoſophum. Δαίμονες ὡς Αἰθίοπες ζοφώδεις dicuntur apud *Cyrillum* libro de exitu animæ Mohammedi etiam Gehennam cuſtodiunt ملائكة غلاظ شداد *Angeli vegrandes ferocientes* Surata LXV.

Pias autem Mentes *Michael*, Genique θεοπεμπτοι ſub ejus ſignis merentes deducunt *Reſhith Chokmah* cap 3 מיכאל שהוא הכהן העליון המקריב נשמות של צדיקים *Michael, qui eſt ſummus ſacerdos, offert animas juſtorum.* Angelos in conſummatione ſeculi ultimæ iſtius meſſis θερισὰς conſtituit Chriſtus.

Christus. *Enochum* adsumpsit ܫܡܥܬܐ *Angelus*, si standum interpreti *Samaritano*. In cœlum adscendentibus sanctorum animabus ἀγγέλους δορυφόρους statuit S. *Chrysostomus*. *Lazarus* sublatus est in cœlum ὑπ' ἀγγέλων *Lucæ* XVI. v. 22. *Eliæ* πυρίνῳ ἅρματι Angelos jugales addit *Euthymius Zygabenus*: Οἱ κατὰ τὴν Ἠλίαν ἔμπυροι ἵπποι, οὐ φύσιν εἶχον ἵππων, ἀλλὰ σχῆμα μόνον, ἄγγελοι θεοῦ τυγχάνοντες. Targum in *Cantici* cap. IV. v. 12. Justorum animas in Paradisum admitti refert, idque על יד מלאכיא *Angelorum adminiculo*. *Piæ mentes*, ex sententia poetarum, à *Mercurio viatore*: ex sententia Philosophi à suo cujusque *Genio caduceatore ad Beatas sedes* deducuntur: Summa enim animæ felicitas absque divino auspicio non attingitur, Ἡ δὲ καθαρῶς τε καὶ μετρίως τὸν βίον διεξελθοῦσα, καὶ συνεμπόρων καὶ ἡγεμόνων θεῶν τυχοῦσα, [ψυχὴ] ᾤκησε τὸν αὐτῇ ἑκάστῃ τόπον προσέχοντα. *Anima vero quæ pure ac moderate vitam transegit, deos comites ducesque consecuta, quæque locum sibi congruum incolit*; inquit *Socrates in Phædone*. De Angelis qui Bonorum Animas in Paradisum & Malorum ad Gehennam deducunt

deducunt meminit Bedavius ad Alcorani cap. LXXIX.

Talmud in Gemarah tractatus Rosh Hashannah *Capite primo fol.* 16. *pag.* 2. ex sententia Scholæ Sammæi. שלוש כתות הן ליום הדין אחת של צדיקים גמורין ואחת של רשעים גמורין ואחת של בינוניים צדיקים גמורים נכתבין ונחתמין לאלתר לחיי שלם רשעים גמוריין נכתבין ונחתמין לאלתר לגיהנם שנאמר ורבים מישני אדמת עפר יקיצו אלה לחיי עולם ואלה לחרפות לדראון עולם בינוניים יורדין לגיהנם ומצפצפין ועולין שנאמר והבאתי את השלישית באש וצרפתים כצרוף את הכסף ובחנתים כבחון את הזהב הוא יקרא בשמי ואני אענה אותו ועליהם אמרה חנה ה׳ ממית ומחיה מוריד שאול ויעל בית הלל אומרים ורב חסד מטה כלפי חסד ועליהם אמר דוד אהבתי כי ישמע ה׳ את קולי יעליהם אמר דוד כל הפרשה כולה דלותי ולי יהושיע פושעי ישראל בגופן ופושעי אומות העולם בגופן יוררין לגיהנם זנירונין ברה שנים עשר חדש לאחר שנים עשר

עשר חרש נופן כלה ונשמתן נשרפת ורוח
ספורתן תחת כפות רגלי צדיקים שנאמר ועסותם
רשעים כי יהיה אפר תחת כפות רגליכם
אבל המינין והמסורות והאפיקורסין שכפרו
בתורה ושכפרו בתחיית המתים ושפירשו
מדרכי צבור ושנתנו חיתת בארץ חיים ושחשאו
והחטיאו את הרבים כגון ירבעם בן נבט
וחביריו יורדין לגיהנם ונידונין בה לדורי
דורות שנאמר ונו *En Tres cœtus ad diem Judicii, Unus penitus juſtorum, & unus penitus impiorum, & unus mediocrium. Penitus juſti conſcribentur & obſignabuntur continuo ad vitam æternam; penitus impii conſcribentur & obſignabuntur continuo ad Gehennam, ſicut dicitur* (*Danielis* cap. XII. v.2.) Multi è dormientibus in terræ pulvere expergiſcentur; hi ad vitam æternam & illi ad opprobria & ad contemptum æternum. *Mediocres deſcendent in Gehennam, & plorant & adſcendunt, ſicut dicitur* (*Zachariæ* XIII v.9.) Et trajiciam tertiam partem per ignem, & repurgabo illos perinde ac argentum repurgatur, & probabo illos perinde ac aurum probatur: Ipſe invocavit nomen meum, & ego exaudiam eum. *De iiſdem dicit Hannah*, (1 *Samuelis*

lis cap. II. v. 6.) Dominus occidit & vivificat, ad inferos deducit atque inde sublevat. Hilleliani *dicunt*, Et Dominus misericordiæ inclinat ad misericordiam. *Deque iisdem David dicit*, (*Psalmo* CXV. v. 1.) Amo Dominum quoniam exaudiet vocem meam. *Deque iisdem David passim dicit*, Attenuatus sum & me servabit. *Prævaricatores Israelis cum corporibus suis, & prævaricatores Gentium cum corporibus suis descendunt in Gehennam, ibidemque plectuntur duodecim menses; post vero duodecim menses corpora eorum consumuntur, & animæ eorum comburuntur & ventus dispergit eas sub plantis pedum justorum. Sicut dicitur* (*Malachiæ* cap III. v. 21.) Proculcabitis impios, quia pulvis erunt sub plantis pedum vestrorum. *At enimvero hæretici, & proditores, & Epicurei qui legem negant, & resurrectionem mortuorum etiam negant, & qui sese ab institutis ecclesiæ separant, quique terrorem suum incutiunt in terra viventium, quique peccant ipsi, & aliis quam plurimis peccandi auctores existunt, instar* Jeroboami *filii* Nebat, *eique similium, descendunt in Gehennam, ibidemque plectuntur in secula seculorum. Sicut dicitur* (in ultimis verbis *Esaiæ*) Et egressi intuebuntur cadavera hominum

hominum qui in me peccaverunt, quod vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt nauseæ omni carni. Hæc verba *Esaiæ* etiam Christus (*Marci* IX. v. 44.) ad probandum Gehennalis supplicii perpetuitatem usurpat. Quod vero ad scripturæ loca quibus egressum ex Gehenna post duodecimestrem lustrationem stabilitum eunt, non multis hoc in loco probare annitar frustra esse *Judæos*, atque à genuino sensu scripturarum delirare nimium quantum. *Plato* etiam in Phædone sistendos pro Tribunalibus Infernis itidem distinguit: diserte illic vocantur, Οι καλῶς καὶ ὁσίως καὶ δικαίως βιώσαντες, καὶ οἱ μὴ, καὶ οἱ μέσως βεβιωκότες, *Qui honeste, & sancte & juste vixerunt, & qui non, & qui mediocriter.* Singulis etiam similem per omnia sortem impertit Plato. Et quemadmodum Hebræi Regibus male functis officio, Jeroboamo f. Nebat & similibus, longe durissimam in Gehenna sortem tribuunt: Tyrannis paria facit Plato; illumque secutus Virgilius decorum servavit.

SECT.

SECT. VII.

De ſtatu ac loco Bonorum *poſt hanc vitam.*

Animas Bonorum *ſtatim ad Felicitatem* Cœleſtem *admitti.* Regnum Cœlorum *vel* (*quod idem valet*) Dei, Cœlum Cœlorum, Ævum futurum, Paradiſum, Hortum Edenis, *voces frequenter* ἰσοδυνάμους *eſſe; iſtis nempe memoratam* Felicitatem *ſignari. Druſium & Grotium erraſſe in ſignificatione* Paradiſi. Paradiſus *Figurate ſemper* Cœlum *deſignat.* Paradiſus *primi hominis* Inferior; Cœleſtis, Superior *dictus.* Paradiſus Inferior, Terreſtris, Corporeus, *atque* conſpicuus: Cœleſtem Oculus non vidit. Paradiſi Inferioris *deſcriptio ex Mayemonida. Rabbinos pleroſque exiſtimare animas* Bonorum *ad* Paradiſum Terreſtrem *ire. Ibidem eſſe Enochum & Eliam ex ſententia Rabbinorum, & Joannem Evangeliſtam ex ſententia Leonis Hebræi.* Paradiſi *vocabulum erroris anſam dediſſe iis qui non penetrabant ad interius ſignificatum. Animabus in* Paradiſo Terreſtri *manentibus corpora Conjungenda in Reſurrectione,*

rectione, ſub finem Chiliadis ſextæ eventura, ex Rabbinorum ſententia. Reverſuros mortuos ad vitam hanc Corpoream ex illorum opinione. Chiliaſtæ ſua à Judæis. In Ævo Futuro *omnis corporea moles, ex horum ſententia, abolebitur. Refutatio Duûm errorum hujus factionis Judaicæ; Primi, quod exiſtiment Reſurgentes qualia pridem corpora habituros: Secundi, quod Statum Reſurrectionis ab illo* Mundi Futuri *diſtinguant. Remotis iſtis, oſtenditur ſaniores Judæos* Cœlum Paradiſi *vocabulo deſignaſſe. Uberior proſecutio paris ſignificationis memoratorum vocabulorum,* Paradiſi, Ævi Futuri, Regni Cœlorum, &c. *Oſtenditur fuſe animas* Bonorum *ad* Viſionem Beatificam *in* Cœlo *admitti, ex* Judæorum *ſententia.* Muſlimos *idem ſtatuere, iiſdem* Paradiſum *&* Cœlum *idem valere. Concluſio adverſus Druſium & Grotium.* Hebræis Cœleſtia *gaudia, Convivii ritu deſcribi.* Elyſium Græcorum *ex* Hebræorum Paradiſo *manaſſe:* Utriuſque *egregius ſitus, difficiles aditus, apparatus* λειμωνώδης. Græcos *etiam* ſummam Felicitatem *Epulis ac feſtivitate deſcribere.* Græcorum Ætas Aurea *efficta ex copioſa illa amœnitate* Paradiſi Edenici,

denici. *Ut* Hebræos ſummam Felicitatem *per recuperatum* Paradiſum, *itidem* Græcos *per recuperatam* Auream Ætatem *deſcribere*. Græcos *hæc omnia* (*ut de* Hebræis *pridem animadverſum*) *pariter* ἀλληγορεῖν.

Plorum autem ſuorum animas abſque ulla luſtratione aut mora in Gehenna Superiore ὑπ' ἀκαρῆ χρόνου, recta ſeſe in Beatam illam regionem recipere volunt, quam facta Tranſlatione ab illo in quo poſitus eſt primus homo, גן ערן *hortum Edenis* & פרדס *paradiſum* vocant. At ne quis vivus Paradiſum ingrediatur obſtare aiunt מלאך החבלה ſive מלאך המות *Angelum excidii* vel *mortis*, quem nomine proprio דומה *Dumah* Rabbini, Arabes اصرائيل *Aſaraielem* vocant: iſtius tamen Angeli excubias eluſit R. *Jehoſhua*, vivuſque Paradiſum cum ſeptem ſuis מחצירות *conclavibus* perluſtravit & ſubinde deſcripſit. Sed & decemviros eo vivos penetraſſe memorant *Rabbini* quidam. *R. D. Kimchius* in 2 *Reg.* cap. IV. v. 1. ex *Talmude* Tractatu *Chagiga* fol. 14. p. 2. ארבעה נכנסו לפרדס *Quatuor ingreſſi ſunt in paradiſum*; ubi *Toſaphoth* è regione ait, ולא עלו לעלה ממש אלא היו נראין להם כמו שעלו *Non quod reipſa aſcenderint*,

ſcenderint, ſed viſum eſt illis perinde ac ſi adſcendiſſent. Et eam rem ipſe *Abarbinel* pariter ἀλληγορεῖ.

Hunc ſummæ felicitatis ſtatum etiam *Talmudicis* frequenter (in *Beracoth* fol. 14. p. 2. verbis ultimis, & alibi) מלכות השמים & מלכות אל הות *regnum cœlorum* & *regnum Dei* dici liquet. Dicitur etiam שמי השמים *cœlum cœlorum*, עולם הבא *Mundus Futurus* ἐξοχὴν, etiam פרדס *Paradiſus* & גן ערן *Hortus Edenis:* ut ex ſequentibus liquido conſtabit. *Druſius* autem, cui *Grotius* in *Hebraicis* nimium libenter ſubſcribit, ipſe in ſignificatione vocis *Paradiſi* hallucinatus, *Grotium* quoque ſibi obnoxium fefellit. Quippe vox פרדס *pardes*, Hebraicæ originis (vel *Perſicæ* ut *Xenophon* & *Pollux* mauunt) Ter tantum, in Veteris inſtrumenti *Hagiographis*, occurrit, (*Nehemiæ* nempe II. v. 8. *Eccleſiaſticæ* II. v. 5. Et *Cantici* IV. v. 12.) idque ſemper pro *horto*, ſenſu nempe literali ac proprio. De qua etiam ſignificatione locos *Miſhnæ* & *Gemaræ* aliquot producit *Baal Aruch.* Ter item in Novo inſtrumento occurrit vox παράδεισος, (*Lucæ* XXIII. v. 43. 2 ad *Corinthios* cap. XII. v. 4. & *Apocalypſeos* capite II. v. 7.) ubi ſenſu ſemper tralatitio

ac

ac myſtico pro *cælo* ſumitur. Sed & גן ערן *Hortus Edenis* (cui *Paradiſi* nomen à LXX. Senioribus unice adhæſit) in Veteri ubique Teſtamento literaliter, pro terreſtri horto in quem primum hominem introduxit Deus, uſurpari ſolet. Alibi autem, atque in ſcriptis adprime *Rabbinicis* pro *cælo* ponitur, quandocunque alias accipitur. Nimirum Hortus, ille præſertim quem Deus in *Edene* ſevit, utpote ſenſibilium amœniſſimum, ad ſummam illam cœleſtem & ſpiritualem plane amœnitatem ſignificandam ceſſit. Terreſtris ille Paradiſus, *Inferior*; Cœleſtis *Superior* à Rabbinis dicitur. Nota Cabalicorum ſententia, כל הדברים שיש למטה יש למעלה דוגמתן יש למטה גן ערן ויש למעלה גן ערן *Omnium rerum quæ infra ſunt, exemplar ſupra eſt: eſt itaque paradiſus inferior, eſt & paradiſus ſuperior.* Cumque (*Geneſeos* II. v. 8.) Adamus *in paradiſum introductus*, ſubinde (verſu 15.) *denuo introduci* feratur; ſacros, ſi qui ſunt, furfures gratis incernere amantes *Rabbini, duplici hac introductione, duplicem paradiſum* clanculum innui volunt. Cabalicis Tiphereth *eſt Adam archetypus in paradiſo ſuperiore*, quem nos *Chriſtum in cœlo* dicimus. Cui reſpondet *Adam ectypus in*

Paradiſo inferiore. Paradiſus iſte Inferior etiam גן עדן הגופני *Paradiſus corporalis* dicitur *Joſepho Ebn Chajicæ* in *Beruſh* in *Danielis* c. VIII. v. 14. Res Lachis, in Perek Chelek *Diſtinguit Paradiſum, in quo poſitus erat Adamus ectypus; ab illo quem juſti perfecti conſequuntur: Iſtius enim Adami Paradiſus adſpectabilis erat, atqui de illo juſtorum dicitur, Oculus non vidit,* &c. Mayemonides utriuſque *Talmudis* peritiſſimus ex veterum ſententia ſic Paradiſum Inferiorem deſcribit (in cap. X. tractatus *Sanhedrin.*)

انما هي جن وعدن

وانه موضع يوكل فيه ويشرب دون

شقا جسم دون تعب وان يكون فيه

بيوت من احجار علية ومنابر حرير

وانهار تجري من حمر وادهان

طيبة وكثير من هذا النوع *

Quidam utique exiſtimant Beatitudinem eſſe Hortum Edenis; *eum autem, eſſe locum in quo ſine ulla corporis moleſtia aut labore edatur, & libatur,*

bibatur, in quo domus sunt è lapidibus preciosis, & lecti holoserici, fluvii vino & unguentis odoratis fluentes, cum multis ejusmodi aliis. Subinde autem memorat, esse qui futuram Beatitudinem *De diebus Messiæ*; Alios, qui *De resurrectione mortuorum*; Alios autem esse, qui *De largo proventu atque amœnitate terrestri, &c.* intelligant. At inquit وطايفة خامسة وهي

الاكثر تجمع بين هذه الاشيا

كلها وتقول ان النرجي هوان

يجي المسيح ويحيي الموتا

ويدخلون جن وعدن ياكلون ثم

ويشربون ويصحون ما دامت

السماوات والارض * *Alii quinto, qui etiam plures sunt, hæc omnia conjungunt, dicentes illud quod speratur, esse, Venturum* Messiam *& Mortuos resuscitaturum, qui Paradisum ingressi, ibi comedent & bibent, bona fruentes valetudine quamdiu duraverint cœli ac terra.* Statuit autem ista

Judæorum factio *pias mentes* post hanc vitam statim in Paradisum hunc Inferiorem migrare. *R. Mekir* in *Avkath Rochel*, postquam lustrationem של בינוניים *mediocrium* in purgatorio descripsisset, ait ויש רוח של צדיק השלם שתעבור כדרך העובר דרך העבירה בוו האש ותכנס בגן ערן של מטרה *Est etiam spiritus perfecte justi, qui, instar celeris veredi, curriculum suum conficit per hunc ignem, & sic adpellit ad Paradisum Inferiorem*, Gallus, vocem מטרה hic non inscite vertit *icy bas*. Hinc Rabbinicæ Theologiæ consultissimus *Gaulminus*, in Auctoribus De vita & morte *Mosis*, occurrente aliquoties *paradisi* voce simpliciter, *terrestris* epitheton de suo subjunxit: itidem Cl. Pocockius noster alicubi fecit; quia sciebant animas, ex satis vulgari sententia, in *Paradisum terrestrem* facessere. Animabus quippe suam מאן *vestem*, vehiculum corporeum tribuunt Cabalici; quod *Græci* εἴδωλον, *Virgilius effigiem* in Culice, *Catius* Insuber *Spectrum* primus vocavit; memorante *Cicerone* Epist. ad Familiares lib. XV. Epist. XVI. *Zohar* in *Geneseos Parasham* ויחי יעקב diserte ait, גופא שביק בעפרא נפשא אצתריך ברוחא בסנא ראתלבש *Corpus in pulvere relinquitur*;

tur ; anima colligatur cum ſpiritu in vaſe (ſeu vehiculo) *quo induta eſt.* Liber *Enochi* (apud *R. Menachem* fol. 30.) *Spiritibus juſtorum Figuram tribuit*, quæ eſt affectio materialis, animabus *veſtis* hujuſce cauſa tributa. *R. Abdias Sphurnus* Medicorum Princeps in *Or Haſhem.* pag. 91, וכמו כן ראוי להתבונן שכמו שהנשמות רשעי ארץ בטורת גופם תלבשנה בגדי גיורת למעצבה ברעב וכאב לבוצרות כפי רשעם וזו סה בן נשמות הצדיקים חכף אחרי מות גופם ילבשו בגדי ישע בנוף טהור זך בו יתענגו וזן ונשמתן עולה ויורדת להרגיל עצמן אל האור ודשוב הנצחי הראוי להן בעולם הנשמות ולא יעתקו מן הקצה אל הקצה כאמרם ול׳ פרק שואל חניא כל שנים עשר חודש גופם קיים ונשמתם עולה ויורדת id eſt, *Scire autem par eſt, quod ſicut animæ impiorum terræ, poſt mortem corporalem veſtibus materialibus amiciuntur, quo tormenti, cruciatus atque cordolii, pro ſcelerum ſuorum ratione ad tempus perferendi, capaces ſint ; ita etiam animæ juſtorum ſtatim poſt mortem corporalem, veſtimentis ſalutis induuntur ac corpore claro & pellucido, in quo ad tempus deliciantur adſcendentes & deſcendentes quo paulatim adſueſcant ſplendori illi,*

illi, felicitatique æternæ quam in mundo demum animarum consequentur, neque enim ab extremo ad extremum transferentur : juxta decretum τῶν μακαριτῶν *in Perek Shoel* (ita vocatur caput XXIII. tractatus *Shabbath.*) *Traditio est quod totos duodecim menses vita* quadantenus *corporea vivatur, animabus* interim *adscendentibus & descendentibus.* Rabbini ἀμφοῖν θάτερον faciunt ; Aut honeste de Anima sentientes Cœlum ei Paradisi nomine propinant : aut saltem animam veste ista ad Paradisi Terrestris culturam deprimunt. *Rabbi David Kimchius* in 2 Regum, cap. II. v. 1. De *Elia*, ודעת המונינו נם חכמינו כי הכניסו האל בנן עדן עם נופו כמו שהיה אדם הראשון קודם שחטא וכן הכניס חנוך שם id est, *Et est sententia plurimorum etiam Sapientum nostrum quod ingredi fecit eum Deus in Hortum* Edenis *cum corpore suo: perinde ac primo Adamo* comparatum fuit *priusquam peccarat* ; Enochum *etiam eodem perduxit.* Istis *Joannem* Evangelistam *conjungit Leo Hebræus* (in Dialogo tertio de *Amore* pag 2. fol. 172. Edit. *Italicæ* in 8o. pag. autem 524. Edit. Latin. in folio) quem *Judam Abarbinelem, Judæum* pertinacissimum, fuisse, vel ea de causa non facile crediderim.

Veteres

Veteres autem *Judæi* quamlibet Cœlestem revera statum sub Horto *Edenis* innuerent, solennem tamen allegoriarum abusum evitare non potuerunt: plebeiis quidem ingeniis literulæ mordicus addictis, neque penetrantibus ad id quod sub involucro abdebatur. Quid quod Christiani non pauci, *Græci*, *Syri*, *Latini*, quasi vox παράδεισος, (qua Septuaginta atque Hellenistæ de Horto primi hominis utuntur) κύριον fuisset, incidente *Paradisi* in Novo Testamento mentione de illo Primi *Adami* protinus somniarunt. Iste error totum librum, quem De Paradiso scripsit *Bar Cepha Syrus*, prorsus corrupit: Alcoranus Capite III. & *Abrahamus* quidam apud *Sharestanium Pocockii* sentit istum Paradisum totum spatium السماء والارض *cœli & terræ* æquare. Cui consentit etiam *Bar Cepha*, ut & *Aphræmus Syrus*, Paradisum istum ܒܐܪ ἐν μεταρσίῳ suspendentes, nostroque orbe majorem facientes; injussu S. literarum καὶ ἀντιμαρτυρούντων φαινομένων ausi sapere. Illic Sanctorum animas (ut *Judæi* quidam) Resurrectionem corporum suorum præstolari, postilla abolitum iri istum Paradisum statuunt. Mayemonides in

Perek

Perek Chelek Paradiſum iſtum من كرة الارض *in orbe terrarum* collocans, ſubinde deſcribit ut prius poſuimus; aſſeritque fore ut piis olim divinitus detegatur. Pervulgataque Judæorum opinio fert, non tantum *Enochum* & *Eliam* cum corporibus quibus ante tranſlationem gaudebant, ſed & cæteras piorum animas vehiculo indutas in veteri illo Paradiſo, ubi ubi ſit, ſolas agere; quoad *Meſſias* adventans corpora reſuſcitet atque animabus ſuis denuo conjungat, quod expectant ſub finem *Chiliadis* ſextæ eventurum: depletis tunc animarum *promptuariis*, ut loquitur *Eſdras* Apocryphus. Animas enim omnes ſimul creatas ævum egiſſe in Goph, regione cœleſti, priuſquam in corpora deſcenderent, autumant *Judæi*: delapſis vero univerſis tandem animabus, inde porro minime ſuppetent mortalibus gignendis, ſic ut generationem prorſus ſiſti contingat. Animabus quippe in Promptuariis ſuis de mora mercedis ſuæ querentibus ſic reſpondet *Jeremiel* Archangelus, *Eſdræ* lib. IV. cap. IV. v. 36. fore ut tunc optato potiantur, *Quando impletus fuerit numerus ſeminum in iis.* Deque obice generationis vicibus ponendo propter

ter exhauſta Animarum Promptuaria, ſic idem ejuſdem libri capite ſexto v. 22. *Et ſubito apparebunt ſeminata loca non ſeminata, & plena Promptuaria ſubito invenientur vacua: & tuba canet, &c.* Atque *R. Aſe*, dictum celebre occurrit in Miſhna Tractatu Jevamoth capite ſexto ſub finem paginæ primæ fol. 62. אין בן דוד בא עד שיכלו כל נשמות שבגוף *Non aderit filius* David *prius quam exhauſtæ fuerint univerſæ animæ quæ ſunt in Goph.* Idem & in Tractatibus *Niddah* & *Avodah Sarah*, ut memini, legitur. Tunc poſtquam *Meſſias* expergefecerit corpora atque animabus ſuis conjunxerit, dabitur trecentorum annorum ſpatium (ut accurate negatur *Jachiades*) vel ſaltem bene longum aliquod tempus corporeæ vitæ voluptatique. *Jachiades* enim à *Grotio* parum intellectus quamlibet productus ad *Lucæ* XXIII. v. 43.) aſſerit ſore ut אחר תחיית המתים *poſt reſurrectionem mortuorum exules* Iſraelis *in horto* Edenis *corporali pollucibiliter opſonati trecentos annos vivant.* Vide *p.* 154 & 155. *& deinceps alibi.* Falſiſſimum enim eſt quod *Druſius* dicit, de *Hebræis*, *Fateri* nempe *illos judicium extremum immediate reſurrectionem ſequi.* Pleriq; enim omnes id pro impoſſibili habent; regula autem Talm. eſt הלכה כרבים *juxta pleroſq; ſtatuendum eſſe.* Non diffitebor

tebor autem Nachmaniden dicere Judicium extremum מתחלת ימות התחיה *in principio dierum reſurrectionis* factum iri: conſtat autem illum eo nomine veluti Chriſtianiſmo tantiſper faventem exploſum eſſe à ſuis. Reverſuros quippe mortuos לחיים הגשמיים האלה *ad vitam hanc corpoream* ut loquitur Abarbinel in præfatione ad Eſaiam, Radice prima: dieſque Reſurrectionis ab his in nihilo diſcrepare ſtatuunt *Talmudici*, præterquam quod omnes tunc gentes faſces ſuos *Meſſiæ* ſubmittent, ſic ut Exulibus *Iſraelis* undecunq; ſub vexillo illius ad res ſuas redire liceat. *Mayemonides* in *Jad Chaſaka* (Tomo primo, Tractatu *Teſhubha*, ultimis capitis noni verbis. Edit. *Venet.* pag. 50.) hæc habet אמרו חכמים הראשונים אין בין העולם הזה לימות המשיח שיעבוד מלכיות בלבד *Sciſcunt ſapientes antiqui nullum fore diſcrimen inter ſeculum præſens & dies* Meſſiæ, *excepto tantum quod regna ad deditionem perpellentur.* Idem *Mayemonides*, in loco prius memorato ſuper x. tract. *Sanhedrin*, ait, *Venturum Meſſiam & mortuos reſuſcitaturum, qui Paradiſum ingreſſi ibi comedent & bibent, quamdiu duraverint cœli & terra.* Reſurrectionem ergo *Iſraelitis* peculiarem fere faciunt: & ſi qui aliquos è *Gentibus* etiam reſurrecturos

ſurrecturos credant, ſaltem non omnes iſto privilegio donandos cenſent, quod vates non dixerit כלם *omnes*, ſed רבים *multos è dormientibus in terræ pulvere reſurrecturos:* Caute id quidem nugati; ne ſi omnes reſurgerent, terra totidem alendis impar foret ſcilicet. Addant, quod ſi omnia omnium corpora (quibus per vices in lucem mittendis terra ſuffecit) quanta quanta depoſita fuerunt, inde ſimul repoſcerentur, ipſa terra impendio gracileſceret. *Talmudicis* autem non paucis, nec non *Mayemonidæ* cum factione ſua perquam abſurdum videtur, Reſurgere corpora corporea munera non obitura. Quærit enim *Mayemonides* cujus demum formæ corpora illa Reſurrectura erunt, כדוריים מקשיים או עמודיים או מעוקבים *Sphæricane, cubica, aut cylindrica, aut conica?* ſi enim formæ priſtinæ fuerint, ergo & priſtinis uſibus vitæ animalis inſervitura: quipote enim aliis, quam quibus principio apta deſtinabantur? Sed & naturales actiones obiri arguit, ex partibus corporeis, quas reſurrecturis vulgo tribuunt: quorſum enim ventriculus, quo viſcera & reliquus vaſorum apparatus, niſi ut cibus concoctus ac ditus in habitum nutritioni cedat? Reſpondet quidem

quidem *Nachmanides*, *Corpora resurgentia perinde sustentanda*, *ac* Mosis *in monte* XL. *dies*, *beatifica nempe visione Dei*; *quam* Judæi אור פני מלך חיים *lumen vultus regis vitæ* (*à R. Jochanane Talmudico*) vocitant. *Bereshith Rabba* illud *Exodi* XXIV. v. 11. *Viderunt Deum & manducaverunt & biberunt*, מלמד שונו עיניהם מן השכינה *notat eorum oculos divina præsentia pasci*. Sed enim de Figura corporum & membris nulli tunc usui inservituris, nihil reponunt; nec fas à *Judæo* quidquam ea in re solidi expectare. A *Judæis* autem istis, quibus *Mayemonides* subscribit, *Chiliastas* sua partim dogmata hausisse liquet, quo nomine *Judaismi* aliquoties ab *Hieronymo* postulatos legas. Ex *Judæorum* enim illorum sententia, Transacta aurea hac ætate, quæ sub sextæ Chiliadis ultimam (ut dixi) partem continget, evolutisque omnibus quæ Prophetæ inter Tiphereth & Malcuth (ita Christum & Ecclesiam indigitant) in scena sensibili transigenda prædixerant; Τὸ θέατρον λυθήσεται tollentur hujusce mundi aulæa, corporibus cum omni mole corporea penitus abolitis, animabus solis superstitibus; succedetque mox עולם הבא *mundus futurus*, de quo Rambam in Jad Chasaka Tractatu Teshubah,

ex

ex eorundem veterum ſententia, ait, העולם הבא אין בו נוף וגויה אלא נפשות הצדיקים בלבד *Quod ad mundum futurum, non erit in eo corpus vel moles corporea; ſed ſolum juſtorum animæ. Talmudici* quippe Tractatu Berachoth cap. II. fol. XVII. pag. 1. dicunt, העולם הבא אין בו לא אכילה ולא שתיה ולא פריה וריביה ולא משא ומתן ולא קנאה ולא שנאה ולא תחרות אלא צדיקים יושבים ועטרותיהם בראשיהם ונהנים מזיו השכינה *In Ævo Futuro nec eſt eſus, nec potus, nec liberorum procreatio, aut multiplicatio, nec venditio, nec emptio, nec invidia, nec odium, nec contentio: ſed juſti ſedent, capitibus ſuis coronatis, oblectati ſplendore Majeſtatis Divinæ.* Eadem fere habet Mayemonides in Perek Chelek. Liber Coſari Sermone III. De מלכות שמים *Regno Cœlorum* verba faciens ſubdit, אשר לא יהיה צריך עמה למאכל ולמשתה *Quod non indiget cibo potuve. R. Saadias Gaon* in libro Fidei, cap. VIII. de mundo futuro dicit, אין בו אכולה ולא בעילה *in eo nec editur nec gignitur.* Similia iſtis etiam habet *R. Abraham Ebn Eſdræ*, ad *Danielis* XII. v. 2. Ut ergo ſummatim dicam, Duo præcipui errores

ſunt, quibus hujuſce partis *Judæi* nituntur: Primo, quod Reſurrecturos qualia pridem corpora habituros ſomniant. Cujus opinionis jugulum petit noſter *Paulus*; atque rem conficit, dicendo. *Seri quidem corpus animale ſed reſurgere corpus ſpirituale; propterea quod caro & ſanguis regnum Dei poſſidere nequeant, nec corruptio incorruptibilitatem*, &c. Quæ verba literaliter exponi debere, niſi qui penitus obbrutuit, nemo in dubium vocabit. Qui enim *carnem & ſanguinem in Angelicæ naturæ conſortibus, reſurgentibus*, expectant, ſanguinem ſaltem æquivocum, ἰχῶρα *Homericum* cogitaſſent,

—Οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσι θεοῖσιν·
Οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ' ἠ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον,
Τοὔνεκ' ἀναίμονές εἰσι, καὶ ἀθάνατοι καλέονται.

Iliade ε verſ. 340.

—*Qualis Divum de vulnere manat,*
Quippe cibum nec edunt, nec vini pocula libant,
Sunt ergo exangues, immortaleſque vocantur.

Cicadam ergo, quod corruptionis fundo, *ſanguine ac carne careat*; *Diis immortalibus* ferme æquiparat perdite feſtivus Anacreon.

—[Τέτ-

——[Τέττιξ]
Ἀπαθὴς, ἀναιμόσαρκε,
Σχεδὸν εἶ θεοῖς ὅμοιος.
——*Cicada*
Impatibilis, ſanguinis ac carnis expers,
Ferme es Diis ſimilis.

Conſule ſi placet Origenem, περὶ ἀρχῶν lib. III. cap. X.

Secundus autem error hujuſce factionis *Judaicæ*, à primo illo pependit. Cum enim Patres *Talmudici* in Tractatu Berachoth, & apud Mayemoniden loco laudato, *Corpus atque omnium corporeorum uſum* in Mundo Futuro abolitum fore contenderent, hæc factio qualitatis Reſurgentium corporum ignara, neceſſe credidit Statum Reſurrectionis ab illo Mundi Futuri diſtinguere: in eoque rem verti putabat, Quod *ſtatus Reſurrectionis corporeus* ut pridem: at ille *Mundi futuri omnis corporis expers foret.* Mayemonides enim in Perek Chelek, ex ſententia RR. Miſhnicorum, ſtatuit ipſum Meſſiam moriturum, ſucceſſurumque Filium ejus ac nepotes. Quod etiam Eſdras Apocryphus ſentit, cap. VII. verſ. 29. libri II. Idem de *Reſurgentibus* & ipſe Mayemonides ſtatuit &

ab illo Ebn Eſdræ in Danielis XII. Mayemonidæ verba ſunt Sermone De Reſurrectione Mortuorum fol. 129. p. 2. אלו אהנשים אשר ישובו נפשותם לגופות ההם יאכלו וישתו וישגלו ויולידו וומותו אחרי חיים ארוכים מאד כחיים הנמצאים בימות המשיח: ואמנם החיים שאין מות אחריהם הוא חיי העולם הבא אחר שאין נוף בהם שאנחנו נחסין והוא האמת אצל כל בן דעת שהעולם הבא נפשות בלי גופות כמל אכים *Illi, quorum animæ ad corpora revertentur, comedent, bibent, uxores ducent gignent, atque morientur, poſtquam diuturnam illam vitam, quæ ſeculo Meſſiæ concedetur, tranſegerint. Atqui vita illa quæ morti non erit obnoxia, Ævi Futuri peculiaris eſt; in quo nullum erit corpus, uti nos opinamur: & hoc idem pro certo habetur apud omnes ſapientum filios quod nempe in Ævo Futuro Animæ corporum expertes Angelorum inſtar erunt.*

Chriſtus ipſe duplex *Ævum* agnoſcit; hoc quod agimus & illud ad quod reſurgent corpora; *Lucæ* cap. XX. v. 35. *Filii Ævi Hujus uxores ducunt & nuptum dantur: qui vero digni habiti fuerint ut ad Ævum illud pertingant & Reſurrectionem mortuorum, nec uxores*

uxores ducunt nec elocantur nuptum; neque amplius mori possunt, ἰσάγγελοι γάρ εἰσι, καὶ υἱοί εἰσι τοῦ θεοῦ τῆς ἀναστάσεως υἱοὶ ὄντες. Christus ipse statum hic Resurrectionis cum illo *Ævi* Futuri confundit: asseritque *resurrectionis compotes* (υἱοὺς τῆς ἀναστάσεως) omnibus vitæ hujus mortalis subsidiis facile carituros; atque ἰσάγγελους tunc fore, ob puritatem immortalitatemque: quo posito, corruit omne id quo nituntur, qui Paradisum Terrestrem Animabus post mortem, & corporibus simul post resurrectionem propinatum eunt. *R. Jom. Tobh Bar Abraham* in *Migdal Oz*, in cap. VIII *R. Mosis* Majemonidæ de Pœnitentia, Fatetur posse fieri ut Deus resurgentibus impertiat corpora הקורים ובריאות כנויות המלאכים *fortia & agilia instar corporum Angelicorum.* Ipse Theopompus, magorum disciplinæ initiatus, dixit, *Fore ut* (ᾅδης) *regio corruptionis deserta sit*, καὶ τοὺς ἀνθρώπους εὐδαίμονας ἔσεσθαι, μήτε τροφῆς δεομένους, μήτε σκιὰν ποιοῦντας· *Homines que felices futuros, neque cibi opus habentes, neque umbram facientes:* apud *Plutarchum* libro de Iside & Osiride. So-

crates in Phædone dixit, Οἱ φιλοσοφίᾳ ἱκανῶς καθηράμενοι, ἄνευ σωμάτων ζῶσι τοπαράπαν εἰς τὴν ἔπειτα χρόνον· *Qui Philosophia penitus purgati sunt, sine corporibus omnino vivunt in posterum.* Utcunque nullum unquam *Judæum* adhuc convenire licuit, qui Paradisum pro statu animarum separatarum ante Resurrectionem tantum, usurpaverit: quod *Grotius* & *Drusius* voluerunt.

Quanquam enim saniores Judæi Paradisi vocabulo non abstineant in designanda felici Beatarum animarum conditione; quinimo etiam ad Hortum terrestrem Edenis luculentis verbis alludant: nihilo tamen minus certum est figurate locutos revera de *Cælo*, Paradiso Superiore, intelligi debere. Quippe Beatæ illi conditioni non tantum *Lucem*, *Sudam tranquillitatem*, *Festivitatemque*: verum *Ævi Futuri nomen*, *& Regni* tributum legas, cum *Beatifica visione Dei* & reliquis quibus N. Testamentum Supremam Felicitatem commendare solet. Atque ipsas animas Justorum, corporibus exutas, mox in *cælum cælorum* recipi ostendemus. Targum versiculi tertii *Psalmi* LVII. ארום פציתא נפשי ממותא רמיתין בי חיביא הלא רגלי מלתקלא בחובא מטול דאטיל קדם יי בגנתא דעדן למחמו

למחתי בנהור צריקיא *Quia liberaſti animam meam à morte quam illaturi mihi erant peccatores; nonne etiam pedem meum à lapſu in peccatum* immunem præſtabis, *ut ambulem coram Domino in Horto Edenis ad videndum lucem juſtorum?* Per *hortum Edenis* ſive *Paradiſum* hoc in loco *cælum* intelligi debere, quod *luce* ſua deſcribi in S. literis ſolet, minime ambigo. Quo ſenſu anima converſa בנהורא מעליא *in luce ſuprema* à barathro revocata collocatur, in Targum in Jobi. 33. Eſdras Apocryphus, noſtris ſcriptis Rabbinicis antiquior, utpote fere ſe ab Aarone novendecim tantum generationibus diſtare, lib. II. cap. II. v. 35. *Parati eſtote ad præmia Regni, quia Lux perpetua lucebit vobis per æternitatem temporis.* Mox pergit *Regnum cæleſte, umbræ hujus ſeculi* opponere. Idem cap. VII Ejuſdem libri, *Cælum* per *Gloriam Altiſſimi* deſignare, at ſubinde *Paradiſum* vocitare, non dubitavit. Ibidem cap. VIII. v. 52. Paradiſus גן עדן & Ævum Futurum עולם הבא idem fiunt; quin Hebraice enim & ſic ſcripſerit nemo dubitare poteſt: multa autem in illo auctore ab interprete Latino male reddita ſunt. R. *Menachem* in Levitici Paraſham אחרי מות *Liquido* (inquit) *conſtat*

inter nos præmia præceptorum in hac vita non obtingere: רק לאחר פטירת הצדיק יכנס למלכות הנקר גן ומקבל פני השכינה ושם תעמודנה כל הנשמות כל אחד כפי מעשיו עד תחיית המתים ויום הדין וגו׳ *Verum post dissolutionem justus adipiscitur Regnum quod dicitur Paradisus, fruiturque Conspectu Divino: & illic commorantur Omnes Animæ, unaquæque secundum opera sua usque ad resurrectionem mortuorum & diem judicii.* Vides hic מלכות atque גן עדן id est *Regnum* & *Paradisum* confundi: ac utrumque Beatifica Visione describi. Liber de Dissolutione *Mosis* introducit Deum solantem *Mosem* his verbis, הרבה מתוקן לך לעולם הבה שתשביע מכל מערני גן עדן *Magna te manent in Ævo Futuro, omnibus enim deliciis Paradisi frui tibi dabitur.* Quibus verbis *Olam Habba* sive *Ævum Futurum coincidit* cum *Paradiso.* R. *Bechaye* in *Perush* in *Deuteronomii* c. XXXIII. ait צדיקים גמורים נכתבים ונחתמים לאלתר לחיי עולם הבא *Perfecte justi scribuntur & obsignantur continuo, ad vitam Ævi Futuri:* לאלתר *continuo, id est, in ipso mortis articulo*, ut exponit R. *Simeon* in locuplete illo veterum RR. penu,

Jalkut

Falkut inſcripto, in *Zech.* c. XIII. v. 9. צריקים נטורים נכתבים ונחתמים לאלתר וחנק בשערת סורת נכנסים לגן עדן והם חיי עולם הבא ונו' i.e. *Perfecte juſti ſcribuntur ſignantur que continuo, atque illico in ipſo mortis articulo, ducuntur in Paradiſum, qui eſt vita Ævi Futuri, de qua ſcriptum eſt, Quanta eſt bonitas tua quam repoſuiſti pro diligentibus te? oculus non vidit*, &c. ex *Eſaiæ* LXIV. v. 4. A quibus Pauli illa, Primæ ad *Corinthios* cap. II. v. 9. minime abludunt. De gaudiis quippe Mundi Futuri nos non magis judicium ferre valemus, quam piſcis aquæ alumnus de elemento ignis decerneret, inquit Majemonides, in Perek Chelek.

—ὅτ' ἐπίδερκα τάδ' ἀνθρώποισιν, ὅτ' ἐπακτά,
Οὔτε νόῳ περίληπτα—.

ut Empedoclis verbis (Apud *Plutarchum* lib. *De modo audiendorum Poetarum*) abutar. Liber de Morte *Moſis*, pag. 2. fol. 23. Deum alloquentem *Moſem* ſic porro introducit, ימיך בטלים ואורך אינו בטל שלא תהא צריך לעולם לא לאור חמה ולא לאור לבנה וכוכבים

וכלכים ולא אכילה ושתיה ולא כסית ומלבוש
ולא שמן לראשיך ולא מנעלים לרגליך שאני
בכבודי מאור לך. ומכבודי אשים לבושך
ומהדרי אשית כסותך ומוהרי אשר פניך
ומסחקי ארוה גרונן וגו *Vitæ tuæ terminus instat, lumine solis, lunæve aut stellarum non amplius indigebis, sed nec cibo, nec potu, nec vestibus: non oleum capiti tuo affundes, non pedes calceos indues; Ego gloria ac decore meo tibi lumen & omne genus vestium ero, splendore meo vultum tuum illustrabo, dulcedine fauces rigabo,* &c. Vides hic quæ Veteres, Tractatu *Berachoth* bis prius memorato, de Ævo Futuro dixerant, tributa conditioni quæ huic vitæ immediate succedit. Sed & ista verba luculentissimam plane cœlestis status, juxta SS. literas descriptionem continent. *Apocalyptes* enim noster sic de Civitate Cœlesti, cap. XXI. v. 23. Καὶ ἡ πόλις οὐ χρείαν ἔχει τοῦ ἡλίου, οὐδὲ τῆς σελήνης ἵνα φαίνωσιν ἐν αὐτῇ· ἡ γὰρ δόξα τοῦ θεοῦ ἐφώτισεν αὐτὴν, καὶ ὁ λύχνος αὐτῆς τὸ ἀρνίον. *Pindarus* dixit *Olymp. Od.* II. De Beatis,

Ἴσον δὲ νύκτεσσιν αἰεὶ,
Ἴσα δ' ἐν ἁμέραις ἄλιον
ἔχοντες, ἀπονέστερον Ἐσλοὶ

Ἐσλοὶ νέμονται βίο-
τον, οὐ χθόνα παράσσον-
τες ἀλκᾷ χερῶν,
Οὐδὲ πόντιον ὕδωρ,
Κείναν παρὰ δίαιταν· ἀλ-
λὰ παρὰ μὲν τιμίοις
Θεῶν, ὅιτινες ἔχαι-
ρον εὐορκίαις,
Ἄδακρυν νέμονται
Αἰῶνα———.

Noctu pariter atque interdiu
Solem perpetuo habentes
boni vitam laboris omnis
expertem sortiuntur:
nec tellurem manuum
opera fatigant, aut
marinas aquas, quo
tenuem victum comparent,
sed inter Deos honoratos
qui fidem sancte coluerunt,
ætatem minime lachrymosam degunt.

Apocalyptes cap VII. v. ultimo. Et cap. XXI. v. 4. de iisdem, inquit, ἐξαλείψει ὁ θεὸς πᾶν δάκρυον ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. Zohar in Medrash

drash הנעלם parasha וירא pagina 65. אמר ר׳ יצחק נשמתו של צדיק מתאוה איטתי חצא מן העולה שהוא הבל קרי לחתענג בעולם הבא *Dixit R. Isaac Anima justi cupit ut extrahatur ex vano hoc mundo ut deliciis mundi futuri fruatur.* Itidem Rabbi Nathan in Avoth Mundum Futurum pro Mundo animarum, sive statu, qui hanc vitam immediate sequitur, usurpat: in Sectione הלל ישמאי Et sic passim infinitis in locis usurpant Judæi. In Avodah Sara fol. XVIII. p. 2. dicuntur R. Chanina F. Tardionis, & carcarius, quo momento exspirarunt, עולם הבא *Mundum futurum* adipisci. Rex Cosari, non abnuente collocutore Judæo, ait de Viro perfecto בזה היו החיים הערבים ומות המיתה הערבה ואחר כן יחיה החיים החמידיים עתענוג מחמיד *Talis vitam agit jucundam, & mortem obit jucundam: & post eam vita fruetur æterna, cum voluptate æterna*; Sermone tertio. Passimque per totum illum librum, Paradisus pro hujusmodi Felicitate ponitur. Postquam ergo summam Philosophi Felicitatem describisset, ait, הוא גם גן עדנם והתמרחם הנצחיות *Hic est Paradisus & vita æterna ipsorum*; unde

unde istarum vocum eandem significationem esse liquet; Sermone quin o. Posti illa Deus *Mosis* animam è corpore evocans causantem plurima, moraſq; nectentem, sic affatur. p. 33.

אל תאחרי בתי הניע קצך ואשיבך עמי בכסא כבודי אצל כסא שרפים ואופנים מלאכים וכרוביים *Ne morare Filia mea, Ego te in solio gloriæ meæ juxta solium Seraphorum, Orphanorum, Angelorum & Cheruborum collocabo.* Ibi interpres doctissimus in Notis Ἀνέκδοτον θεαγματείαν *Josephi* Ben Podat citavit, quæ sic habet חורם שבינה לשמי השמים העליונים לשיב אל כסא כבודו והושיבה לנשמתו של משה תחת כסא הכבוד שיש מקור החיים i.e. *Divina majestas se in cœlum cœlorum altissimum recepit, seditque in solio gloriæ; sub quo Animam Mosis collocavit, ubi est fons vitæ,* &c. Hanc autem esse communem omnium Fiarum Animarum sortem docet R. *Mekir*, in *Avkath Rochel*, & Talmudici identidem perhibent. R. Nathan in suo Avoth sect. נטלה הקבה הלל ושמאי hæc habet, לנשמתו של משה וגנזה תחת כסא הכבוד

Accepit

Accepit Sanctus Benedictus ille Moſis animam, & eam condidit ſub Solio gloriæ. Et ne quis Moſen tantum hoc privilegio donatum cenſeret, addit לא נשמתו של משה בלבד ננוזה תחת כסא הכבוד אלא נשמתן של צדיקים ננוז ות תחת כסא החבוד *Neque anima Moſis ſolum ſub Solio gloriæ condita eſt, verum etiam animæ juſtorum conditæ ſunt ſub ſolio gloriæ.* R. *Ephodi* in Doctoris Dubitantium partem primam, cap. 70. inquit, גלגל ערבות יחואר בנסא לשם יחברך *Cælum Aravoth eſt ſolium Dei benedicendi.* Aravoth autem eſt גלגל העליון *cælum ſupremum* Mayemonidæ, loco memorato, ejuſque ibidem ſcholiaſtæ *R. Shem Tobh.* (Ab Hebraica autem voce עליון Arabes locum cœleſtem quo adſcendunt ارواح المومنين *ſpiritus fidelium* عليون Aliyuna itidem vocant ut Kamus habet.) *Ebn Eſdræ*, & *R. David Kimchius* in *Pſalmum* LXVIII. v. 5. (unde vocem *Aravoth* ſumpſerunt RR.) pariter exponunt. In *Pirke R. Eleaſari* dicitur שבעה רקיעים ברא הקבה ומכולם לא בחר כסא כבוד. למלכותו אלא ערבות *Septem cælos creavit Sanctus benedictus ille, in quorum nullo ſtatuit ſolium gloriæ regni ſui, præter-*

præterquam in Aravoth. Editio autem Veneta, qua jam utor, pro סלכותו לסלכותו נסא כבודו legit לסכון שבתו id est, *in sedem quietis suæ*, quod eodem tendit, cap XVIII. Rambam autem capite laudato etiam diserte asserit, ערבות שבו צדק וצדקה ומשפט וגנוי חיים וגנוי ברכה ונשמות של צדיקים וגנוי שלום *In Aravoth* sunt *justitia*, *& clementia*, *& judicium*, *& thesauri vitæ*, *& pax*, *& thesauri benedictionis*, *& Animæ Justorum.* Quæ verba desumpta sunt ex Talmude, tractatu *Chagigah.* *R. Solomon*, *Ben Gabirol*, insignis poeta *Judæus*, in *Kether Malcuth*, Dicit, (Deum allocutus.) עסא תחת נסא כבודך מעטר לנפשות חסידיך. ושם נוה הנשמות הטהרות אשר בצרור החיים צרורות ואשר ייגעו וייעפו שם יחליפו כח ושם ינוחו יגיעי כח ואלה בני נח ובו נועם בלי תכלית וקצבה והוא העולם הבא *Feciſti ſub ſolio gloriæ tuæ ſtationem animabus ſanctorum tuorum*, *ibi inquam eſt habitaculum animarum purarum*, *in faſciculo vitæ colligatarum*, *quæ laborarunt & laſſatæ fuerunt*; *ibi* inquam *inſtaurant vires ſuas*, *defectæque viribus refocillantur*, *& conſolationis compotes fiunt:*

fiunt: in eo quippe loco amœnitas eſt finis & termini expers, & iſta eſt Ævum Futurum. Gemara in caput primum tractatus *Berachoth* צדיק ורע לו צדיק שאינו נמור ונו *Juſtus cui male eſt, non penitus juſtus eſt*: Cumque ipſe ſincerus non ſit, nihil mirum ſi ad impermiſta hæc gaudia non pertigerit: Quippe *R. Jonah Ben Levi* reperit *R. Simeonem Ben Jochaii ſedentem in paradiſo coronatum ſuper tredecemplici throno ex auro obrizo*: ut habetur in *Tikune Zohar*, fol. 63, col. 1, & 2. quod communem ſortem beatorum impendio ſupergreditur. *R. Reuben* moriens עלה לרקיע *in cœlum adſcendit*, ibidemque *Michaelem, Gabrielem*, atque Angelos miniſterii pro ſe orantes ex inopinato deprehendit, in חבור מעשיות Cabalicorum ſolenne dictum כשתשיג הנפש כל מ"ה שבפוחה להשיג ותדבק בנפש עליונה תפשט מעליה הלבוש הארצי ותתעלה מקומה ותדבק בשכינה *Quum anima comprehenderit quicquid poterit comprehendere, & conjuncta fuerit animæ ſuperiori, exuet indumentum terrenum, & tranſferetur de loco ſuo & conjungetur cum majeſtate divina.* Conſule elegantiſſimum librum *Bechinat Haolam* pag. 150 & deinceps. Etiam librum de morte *Moſis* pag 35. locus iſte aliquoties

aliquoties corruptus est, sed quem restituet *Hebraismi* mediocriter scien. *Targum Jonathanis Uzielidæ* refert *Enochum desisse extare cum generationibus terræ* ארום אתנגיד יסלק לרקיעא סיטר קדם יי וקרא שמיה מיטטרון סרפיא רבא *Quoniam sublatus est & adscenait in Cælum per Verbum coram Domino & vocatum est nomen ejus* Metatron *cancellarius summus.* In Cœlum hic adscendens *Enochus* Magistrorum suffragiis summo illic *Cancellariatu* fungitur, nomine pristino in Metatron mutato, quemadmodum indigetibus fieri amat. (Sic enim *Mosis* nomen in cœlo *Melchi*(ὡς φασὶν οἱ μύσται apud *Clementem* centonum primo) *Nini* nomen Græcis *Orion*; *Romuli* Latinis *Quirinus*) *Mori* etiam *Jacub* Sarugæ Episcopus, in Catena MS. & *Arabs* auctor versionis *Alexandrinæ*, quæ in nostris Bibliis *Polyglottis* habetur, ferunt Deum adsumpsisse *Enochum* اليه *ad se*: *Vulgatus* tamen Interpres *Ecclesiastici* cap. XLIV. v. 16. & *Kimchius* pridem laudatus ad 2 *Regum* cap. II. v. 1. asserunt *Enochum translatum esse in Paradisum:* Gregorius Abul-Farajius pag. 9. De Eodem Enocho نقله الله الي حيث شاء حيا وقيل

وقيل الي الفردوس *Tranſtulit illum Deus quo ſibi placuit, dicitur autem in Paradiſum* Arabs etiam Erpenianus in Epiſt. ad *Hebræos* cap. XI. ait eum raptum eſſe الي الفردوس *in Paradiſum.* Quod idem de *Elia* dicit *Kimchius:* non certe dicturus niſi Cœlum & Paradiſus idem illi fuiſſent: præſertim cum ſacræ literæ verbatim ejus *adſcenſum in Cœlum* memoraſſent. Alcoranus Surat. Alneſa, verſ. 157. De Chriſto refert بل رفعه الله اليه *verum adſumpſit eum Deus ad ſe.* Chriſtus autem ſe *ad Paradiſum* conceſſiſſe refert. *David Gans* in *Zemach* ait Mayemoniden *adſcendiſſe ad Deum*, quem tamen ſolenni εὐφημισμῷ בגן עדן *in horto Edenis* eſſe idem perhibet. Et enim hæc conciliatu facilia ſunt ſtatuentibus cum his, quos produximus, Paradiſum beatarum mentium cum Deo in Cœlis eſſe. Eſdræ IV. cap. 4. v. 8. quæſtioni Urielis, *Qui ſunt exitus Paradiſi?* reponitur *In cœlum nunquam adſcendi:* quod ad rem nihil faceret, niſi cœlum & Paradiſus idem deſignarent. Machſor Italorum in Precandi formula, quam וכרון הנשמות *memoriam animarum*

marum vocant, pro Benefactoris anima sic precatur, תהא נשמתו צרורה בצרור החיים לחיי העולם בגן עדן תחת כסא הכבוד *Sit anima illius ligata in fasciculo viventium, in vita æterna, in Paradiso, sub solio gloriæ. Buxtorfius* itaque in voce פרדס citavit ex Aruch, *Rabbinorum* Lexico notæ auctoritatis, *Locum cœlestem, quo animæ colliguntur,* פרדס *pardes vocari:* veruntamen omnes istius libri editiones, quæ suppetebant, consulenti, tantundem illic totidem verbis non occurrit, verum memoriæ istius viri *Rabbinorum* lectione subactissimi ista utcunque significatio vocis, (longe frequentissima) adhæsisse videatur. Quo sensu Paradisum συνάφροισμα τῶν ἁγίων exponit Justinus Martyr.

Talmudicis Muslimi succinunt, dicentes animas esse في السما *in cœlo*, ac degere illas صدور طير *forma avium* بيض في ظل العرش *albarum in umbra solii Divini.* Sed quantum Talmudicis illi debeant alibi opportunius ostendam. *Muslimi* penes Deum supremæ Felicitatis ac Miseriæ arbitrium facientes eum solenniter adpellant رب الجنة والنار *Dominum Paradisi & Ignis.* Quo

pacto istas voces in limine fere libri usurpat *Gregorius Abul Fararjius*, (ab omnis eruditionis principe viro CL. *Pocockio* editus:) Itidem loquitur Ismael Abulfeda, & *Arabes* ad nauseam solent. *Alcoranus* (qui quamlibet non alia nobis auctoritate sit, potest tamen, ut quilibet alius, liber, produci ad ostendendum quæ loquendi formulæ ea ætate obtinuerint.) In Christi illo, *Facilius camelum*, &c. *quam divitem in Regnum cælorum*; *Regnum Cælorum per* الجنة *Paradisum* vertit, *Surat.* VII. Ibidem etiam الشيطان *Satanas* dicitur cecidisse è *Paradiso*. Sed & *Corani* locis μυρίοις ὅσοις Paradisus ἀντονομαστικῶς pro Cœlo ponitur *Surat.* II. v. 22. وبشر الذين امنوا وعملوا الصالحات ان لهم جنات تجري من تحتها الانهار كلما رزقوا منها من ثمرة رزقا قالوا هذا الذي رزقنا من قبل واتوا به متشابها

متشابها ولهم فيها ازواج مطهرة

وهم فيها خالدون *Annuncia quoque iis qui credunt & bona faciunt, quod ad eos pertinet Paradiſus, ſub quo fluunt amnes, (quamdiu ex ejus fructibus alimentis ſuſtentati ſunt, dixerunt, Iſta ſunt quibus donati ſumus antiquitus) ac his ſimilia adferuntur: ſuntque in eo conjuges puræ, ibidem jugiter manſuræ.* Ut habet *Fr. Raphelengii* verſio propria manu deſcripta me penes. (quam tamen hoc loco ſatis probare non poſſum.) *Surat.* محمد *Mohammed*, i. e. XLVII.

v. 13. مثل الجنة التي وعد المتقون

فيها انهار من ماء غير اسن

وانهار من لبن لم يتغير طعمه

وانهار من خمر لذة للشاربين

وانهار من عسل مصفي ولهم فيها

من كل الثمرات ومغفرة من ربهم

Sicut hortus quem promisit (Deus) piis, in quo fluvii aquæ limpidæ, & fluvii lactis saporem non mutantis, & fluvii vini bibentibus dulcissimi, & fluvii mellis defæcati; sunt etiam in eo omne genus fructus, & gratia in multos irroganda. Euthymius ergo *Zygabenus* recte dixit *Mohammedem* asserere, Τὸν παράδεισον τέσσαρας ποταμοὺς ἔχειν· ἐξ ὕδατος ἀθολώτου, καὶ γάλακτος καθαροῦ, καὶ οἴνου ἡδέος, καὶ μέλιτος ὑλιστοῦ. σωφρονίζειν δὲ καὶ γυναῖκα ἐν τῷ παραδείσῳ. καὶ τὰ ἑξῆς. Secundum fluvium, γάλακτος καθαροῦ facit, vel potius (ut habet formula deliriis *Mohammedicis* renunciandi) γάλακτος μὴ ἀλλάσσοντος τὸ γεῦσιν αὐτοῦ, vel τὴν γεῦσιν, id enim postulant impostoris verba modo allata; non μὴ ἀλλάσσοντος τὴν νόσον αὐτοῦ, ut edidit doctissimus *Sylburgius* pag. 78. Ista Mohammedis respexerunt Dialogi inter Sinanem & Ahmedem

قال نبينا في قراءته العظيم

ان الله يعطي للصلحين النعمة

اللذذة وبيوت الحسنة والباكرة والحور

ي

ري ولكل واحد يعطي منهم كثير
وجنة مليحة وكل ذلك يكون
سبب الفرح الكبير *Vates noſter in glorioſo Corano dicit, Quod Deus iis qui recte faciunt daturus ſit lautiſſimas fortunas, domos cultiſſimas, virgines ac puellas quantæ univerſis abunde ſint, & hortos amæniſſimos, atque hæc omnia mirificæ voluptatis cauſſa erunt.* Gaulminus in Tertium vitæ Moſaicæ auctorem pro بركة legit بكرة & *piſcinas* vertit, ad *flumina paradiſi referens*; ſed eſt ea vox vilis ac projectæ nimium ſignificationis, quam ut quidquam in Paradiſo deſignet; nec erat priſtina lectio citra ullam rationem ſollicitanda. Audiamus porro ex Dialogo memorato quid Sheich Sinan animi habeat. *Mens viri boni* (inquit) *incipit in hoc mundo ſemet ejuſmodi gaudio ac voluptate oblectare, quæ poſt hanc vitam mortalem conſummata ac ſuis numeris perfecta erit in Paradiſo: quam in hoc mundo agentes ne cogitatione quidem adſequi valemus: quod intellectus noſter non comprehendat niſi quæ prius viſa, audita,*

aut alio aliquo ſenſu percepta fuerint: Baſilius, homilia de Paradiſo, tamerſi ſolenni veterum delirio ſubſcribat, ægre tamen ſe à Paradiſi ſenſu allegorico continuit, dicendo, Ἐὰν συγχρίνω τοῖς ὧδε, καθυβρίζω μᾶλλον τῇ ὡδαθέσῃ, ἢ τινὰ σοι ὠφέλειαν ἐκ τ εἰκότος παρέξημι. *Si cum rebus quæ hic ſunt, contulero; probro potius tali comparatione adſecero, quam ullam tibi evidentiam inde conciliaro.* Vulgo legitur ὠφέλειαν, quam vocem etiam interpres retinet, totamque ſententiam corrumpit. ὠφέλεια etiam pro ὠφέλεια apud *Galenum* in Oratione IV. de Partium uſu pag. 407. lin. 28. & alibi vitium ſententiæ aliquoties facit. Sed audiamus quid Sinani reponat Ahmedes: *Sequitur ergo* (inquit) *quandoquidem finis hominis ſit animæ beatitudo, idque quod ſperatur ſit ſpirituale, non animale: cogitandum omnino bonum illud, quod homini proponitur ſpirituale quiddam eſſe, non autem corporeum nec animale.* Nec multo poſt *Sinan* profitetur Chriſtum *commonſtraſſe viam* conſequendæ مجد السماوات اي الجنة *Gloriæ Cæli id eſt Paradiſi.* Subjungit, *Statum* fidelium *ſimilem illi*

(ملمس)

(مسلمين) *Angelorum ac ſpirituum beatorum fore in fruendo gloria divina: quippe in Paradiſo cibum, potum, feminas & ejuſmodi in nullo pretio fore oportet; omnia enim iſta* (pergit Sinan) *à Deo nobis conceduntur in hoc mundo quatenus corporibus noſtris & parti huic carneæ, alioqui defecturæ, expedit, ad conſervationem generis humani: cui uſui in Paradiſo nullatenus conducunt.* Mox ipſe *Paradiſus* ſic deſcribitur,

الجنة المكان الذي فيه كل الطيب

بلا احتياج والحيات الابدية بلا موت

Paradiſus eſt locus omnibus bonis refertus, ſine ulla inopia: vita etiam æterna mortis expers. Hos autem Dialogos à *Mohammedano* conſcriptos eſſe cenſent viri doctiſſimi, *Bedwellus* noſter (*Erpenii* quondam præceptor in *Arabiſmo*) & *Gaulminus*; & ſolere *Muſlimos* nimis liberè de ipſo *Mohammede* & ege ſua loqui, mercatores fide digni, quibuſcum ſermones ſociarunt, teſtantur. Sed ſive à *Mohammedano*, ſive à Chriſtiano ſcripti fuerint, modo Arabiſmi ſciens decorum ſervaverit, eodem res redit.

Hojah Ephendi libro de Regno *Sultani Orchani*

Orchani inter aucupandum occisi, شهباز روحي اولي الاحنكده ملايكه ايله عالم فرازه پرواز ايلدي

شهباز روح چون پرد از آشيان تن
جولان كنان بروضهٔ قدسی كند وطن

Anima ejus quasi *accipiter, alis summi angeli* mixa, *ad Mundum Superum volavit*;
Nidum corporeum volucris mens quando reliquit
Illius, ibat ovans sanctoq; resedit in Horto.

Rhythmos istos Turcicos numeris utcunque Latinis expressi ad verbum. Vides autem عالم فراز *Mundum Superum* id est *cœlum*, atque روضه *Hortum* sive *Paradisum* idem designare, tritissimo Orientalium more idem diversis formulis continuo dicentium. Corani cap. LXI v. 12. suprema felicitas في جنات عدن *in hortis Edenis* diserte constituitur. *Pletho* in Oraculum Chaldaicum,

Chaldaicum, Ζήτησον παράδεισον· παράδεισον exponit τὴν ἀμφιφαῆ τῆς ψυχῆς χῶρον, alibi, φῶς καὶ αὐγὰς παρτός. *Psello* etiam παράδεισός ἐστι Χαλδαικὸς πᾶς ὁ περὶ τὴν πατέρα χορὸς τῶν θείων δυνάμεων, καὶ τὰ ἐμπύρια κάλλη τῶν δημιουργικῶν πηγῶν. Ubi τὰ ἐμπύρια κάλλη videtur notationem ordinis Seraphici respicere. Reliqua hujus argumenti quæ in procinctu habeo, ἐξεπίτηδες παρήσω, ne nimius sim in re tam uculenta. *Drusius* tamen in II. ad *Corinthios* cap. XII. ait *Hebræos fateri Paradisum esse locum alium à Cælo; quippe dicunt* (inquit) *Paradisum esse receptaculum animarum post hanc vitam, Cælum autem recipere omnes post judicium extremum, quod immediate resurrectionem sequetur.* Ad quem locum etiam Grotius inquit, *More Hebræorum distinguitur Cælum sive mundus supremus à Paradiso: Cælum illud supremum promittitur piis post Resurrectionem, post Mortem, & ante Resurrectionem Paradisus; ille locus gloriæ, hic solatii. Reperies idem discrimen apud R. Israelem de Anima.* In *Lucæ* XXIII. v. 43. ad Salmanticensem provocat. R. Israelem non memini me vidisse: atqui R. Abraham Zacuth, auctor libri Jachusin, (quem Salmanticensis

censis nomine laudat Grotius) sic p. 140. Editionis Cracoviensis, de Hessenis verba faciens, אבל בהתיר מאסרה בעת המות עולה הוא למעלה ואין לה מסך מבדיל והנפשות הטובות הולכות מהלאה לים אוקינוס בגן עדן שלמטה בקו השוה והרעות הולכות לאברון אל ארץ חשך וצלמות: *Quando autem anima soluta est à vinculis suis, tempore nempe mortis; tunc loca superiora capessit, omnis impedimenti immunis. Atque animæ bonæ ultra Oceanum recta ad Paradisum Inferiorem transeunt, illæ autem quæ nequam sunt, ad Perditionem (Abaddon) in terra tenebrarum & umbræ mortis.* Josephus (loco subinde fusius expendendo) ex eorundem Hessenorum mente dixit, Ταῖς ἀγαθαῖς ψυχαῖς ἀποφαίνονται τὸν ὑπὲρ Ὠκεανὸν ἀφαίτων ἀποκεῖσθαι. Quæ verba ob oculos sine dubio habuit Salmanticensis: & solet in istiusmodi Josephum ubique transcribere. Tametsi vero Salmanticensis Paradisum Inferiorem à Superiore distinguat; (ut alii quos produximus, & quis non?) nec tamen ille nec quis quam omnino Judæus Paradisum pro statu bonorum inter hanc vitam & Resurrectionem unquam, quod sciam, accepit. Sed suspicio est noluisse *Grotium* illum & *Israelem* tam laxe ac negligenter citasse, si pridem adductis plus fecisset ad

rem.

rem. *Jachiaden* etiam citavit, quem tamen si perlegisset cognovisset plane nihil prorsus eo attinere. Ait etiam voces גן ערן pro *piarum mentium à corpore separatarum & resurrectionem exspectantium statu in scriptis Talmudicis frequentes occurrere.* Atqui in tanta frequentia miror ne unum quidem produci testimonium à *Grotio* vel item *Drusio* quo tantundem probent. Enimvero latroni patibulari roganti ut Christus ejus meminisse velit cum *in Regnum suum advenerit*, respondet Christus *hodie mecum eris in Paradiso*: Facile autem adsentimur *Grotio, Dubium non esse quin Christus ita locutus sit, quo modo sciebat à latrone intelligi*: & reponimus, *Regnum* in petitione latronis, & *Paradisum* in responsione Christi idem significare. R. enim *Menachem* pridem citatus, dixit דק לאחר פטירת הצדיק יכנס למלכות הגקרי גן *equidem post mortem justus adipiscitur Regnum quod dicitur Paradisus*, nec aliter intellexisse Latronem probavit *Grotius*. Sententias enim Talmudicas, quas ad illum locum adduxit, minime pares esse ad confirmandum assertionem *Grotii* cuivis liquet. Quæque idem in II. ad *Corinthios* c. XII. v. 3, 4. arguratur, ad distinguendum Paradisum Apostoli à Tertio cœlo,

lo, nihili esse ex dictis liquet. In excerptis ex Theodoto & reliquis Valentinianis, Paradisus παραδεισος dicitur, quasi fuerit adhuc Tertio cœlo superior. Videtur quidem Tertii cœli locus præcipuus. Saltem mystice sumptus nunquam quidquam eo inferius designat. Certum etiam est Patrum sententias, qui Chiliastis manus dederant, cum factione illa *Judaica* convenire, quæ animabus Bonorum Inferiorem illum Primi hominis Paradisum adsignat: Tam autem Judæi quam Christiani, qui sic sentiere, in Paradiso agi volunt non tantum Ante, sed etiam Post Resurrectionem. Huic ergo opinioni *Drusii* & *Grotii* quantum videmus legitima desunt suffragia.

Deductas autem in Paradisum, id est in Cœlum, animas, discubituras ad lautissimum convivium statuunt *Hebræi*: cujus nimium apparatum ferunt dapibus tam portentosis constare, quales vix ullius posse allegoriæ prætextu satis emolliri dejerates. Ea de re consule si placet Magistros in *Bava Bathra* cap. V. pag. 74. Huc utique referunt illud prophetæ *Esaiæ* cap XXV. v. 6. *Præbebit Dominus exercituum omnibus populis hoc ipso in monte convivium opimorum, convivium vindemiale, convivium pinguium medullosorum, vinique*

vinique probe defæcati. Ultimam Felicitatem Chaldæus (in Jobum) *convivium in Mundo Futuro* vocavit. Convivii hujus Princeps qui & fidelium pater) *Abrahamus* erit: ac veluti qui Principis Convivii ἐπιστήθιος vel ἐγκόλπιος fuit, præcipuum post illum locum tenebat; sic *Sinus Abrahami* non quemvis in cœlesti convivio locum, sed insignem quendam atque eminentiorem denotat. Ista cœlestis status circumlocutio occurrit in Codice *Kiddushin* fol. 72. pag. 2. primis verbis, היום יושב בחיקו של אברהם *Hodie discumbes in sinu* Abrahami. In cœlo autem pios animos ἀπορρήτων καρυκευμάτων μετασχοῦντας καὶ ἄκρατον πνευματικὸν σπῶντας διάγειν asserit *Chrysostomus.* Sed & Christus ad Cœlestes Epulas sæpe alludit, deque Vino meminit, *quod novum in Regno patris cum suis sit bibiturus.* Talmud in Codice *Taanith* periodo ultima, אמר רבי אלעזר עתיד הקב"ה לעשות מחול לצדיקים והוא יושב ביניהם בגן עדן וגו' *Dixit R.* Eleasarus, *Instituet Sanctus Benedictus Ille chorum circularem justis, & ipse discumbet in medio illorum in Paradiso. Tosaphoth* vocem מחול per סביב vertit: etiam *Axiochi* auctor vocat κυκλίους χορούς loco mox producen-

producendo, quem nos hic ſecuti ſumus.

Ut autem ſumma illa Terreſtris Paradiſi amœnitas ipſi Cœlo quadantenus depingendo colores ſuffecit; ita & ab eodem fonte Elyſii in Græciſmo deſcriptionem manaſſe nemo ambigit. Veteris autem Paradiſi egregius ſitus, *Græcos* incertos ſententiæ reddidit, qua gentium Elyſium ſuum ſtatuerent. Ἐλύσιον οἱ μὲν φασι περὶ Αἴγυπτον εἶναι, οἱ δὲ περὶ Λέσβον, ἄλλοι κεκεραυνωμένον χωρίον ἢ πεδίον, τὰ δὲ τοιαῦτά ἐστιν ἄβατα, inquit *Heſychius*, ex quo corrigendi hoc loco *Phavorinus*, & *Suidas* cum frigidiſſimo interprete. Eſt qui cenſet primos parentes ſolum Paradiſicum vertiſſe præ metu *fulmineæ vibrationis*, quam cherubi intentabant: neque auſos unquam pedem referre. Hinc illud in *Græciſmo*, quod *Heſychius* reſpexerat, Elyſium nempe eſſe *in loco divinitus tacto atque hominibus inacceſſo*. *Grotium* tandem inſpiciens, reperi *Geneſeos* III. v. ult. *Cherubim & flammeum enſem* non diſſimiliter exponentem. Alii, qui Paradiſum πέρα τῆς κεκαυμένης ἀνταξον & ſub Æquatore ſtatuebant, Zona illa torrida mortales excludi credebant. *Claudianus* De Phœnice, quem Paradiſi inquilinum faciunt,

——*Plaga*

——Plaga defensus iniqua
Possidet intactas ægris animalibus oras.

Tertullianus Apologetico, pag. 42. Edit. *Rigaltii*, inquit, *Si Paradisum nominemus, locum divinæ amœnitis recipiendis sanctorum spiritibus destinatum, maceria quadam* (prius legebatur *materia*) *igneæ illius Zonæ à notitia orbis communis segregatum; Elysii campi fidem occupaverunt: Unde hæc oro vos,* (Gentes alloquitur) *philosophis aut poetis tam consimilia? non nisi de nostris sacramentis,* &c. *Josephus* de Bello *Judaico* libro II. cap. 12 pag. 788. GL. de Hessenis. Ταῖς μὲν ἀγαθαῖς (ψυχαῖς) ὁμοδοξοῦντες παισὶν Ἑλλήνων, ἀποφαίνονται τὴν ὑπὲρ Ὠκεανὸν δίαιταν ἀποκεῖσθαι, καὶ χῶρον οὔτε ὄμβροις, οὔτε νιφετοῖς, οὔτε καύμασι βαρυνόμενον, ἀλλ' ὃν ἐξ Ὠκεανοῦ πραῢς ἀεὶ ζέφυρος ἐπιπνέων ἀναψύχει. *Animabus bonis, cum Græcis consentientes, sedes ultra Oceanum paratas ostendunt: regionem nempe nec imbribus, nec nivibus, nec æstu nimio gravatam; sed quam mitis Zephyrus ab Oceano semper spirans permulcet.* quæ verbatim ex *Homero* transcripsit: *Ulyssea* enim IV. sic *Proteus* ad *Menelaum*,

—Σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
Ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς.
Τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν, (βρος,
Οὐ νιφετὸς οὔτ' ἄρ' χειμὼν πολὺς, οὔτε ποτ' ὄμ-
Ἀλλ' ἀεὶ ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας
Ὠκεανὸς, ἀνίησιν ἀναψύχων ἀνθρώπους.

——Te superi telluris ad ultima, Campos
Elysios, mittent; quos flavus habet Rhadamanthus:
Mollia secura currunt ubi tempora vitæ:
Non ibi nix, non tristis hyems, non sordidus imber,
Sed mites animas Zephyri genitabilis afflat
Oceanus, gelido populos spiramine mulcens.

Hesychius Homericum πείρατα γαίης, τὴν δύσιν exponit. *Phavorinus* inquit, Ἠλύσιον πεδίον περί που τὰ κατὰ δύσιν πέρατα τῆς γῆς. Notum, olim priusquam magnes in subsidium venisset, dum Phœnices Pleiadum adhuc suspectu in cursu regundo niterentur; navigationem pleramque omnem intra Mediterraneum stetisse. *Plato* dixit in *Phædone*, ævi sui homines οἰκεῖν μέχρις Ἡρακλείων στηλῶν ἀπὸ Φάσιδος ὀν σμικρῷ τινὶ μορίῳ ὥσπερ περὶ τέλμα μόρμηκας.

Neque

Neq; enim hinc ultra *Phasin*, aut illinc ultra *Herculis columnas* tetendit ἡ πλεομένη θάλασσα ut veteres vocant. De *Phaside*, versus proverbialis,

Ἐις Φᾶσιν ἔνθα ναυσὶν ἔσχατος δρόμος.

Atque è regione ἅπτεσθαι Ἡρακλέος στηλῶν usurpat *Pindarus*, *Olymp.* III. & subjungit,

——τὸ πόρσω
δ' ἔστι σοφοῖς ἄβατον,
Κἀσόφοις, οὐ μὴν διώξω, κεινὸς εἰὼν.
Quod ultra est
Sapientibus inaccessum est (*enim forem.*
Atque insipientibus, non persequar, frustra

Ubi vero cunque Elysium suum statuerent Gentes, illud interim non omiserunt esse ἄβατον, id est difficilis admodum accessus: Ejus autem rei rationem à veteri Paradiso cujus aditum terribiles Angeli occupabant, sine dubio duxerunt. Prope hasce Columnas *Herculis* dudum floruit

——Ταρτέσσιον ὄλβιον ἄστυ,

cujus miranda fertilitas atque opulentia ænigmati *Homerico* ansam præbuit *à Tartaro ad Tartessum migrare*, id est, à conditione

pessima ad optimam. In eadem vicinia erant & *Divites Insulæ* ut *Horatius* vocat. *Græcis* μακάρων νῆσοι atque Ἠλύσιον πεδίον dicuntur. Ἠλύσιον autem nomen, cum loci ipsius notitia, quin *Homerus* à Phœnicibus traduxerit, minime ambigo. *Geographus* libro tertio, p. 150. Ὁ τοίνυν ποιητὴς τὰς τοσαύτας στρατιὰς ἐπὶ τὰ ἔσχατα τῆς Ἰβηρίας ἱστορηκὼς, πυνθανόμενος δὲ καὶ πλοῦτον καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς (οἱ γὰρ Φοίνικες ἐδήλουν τοῦτο) ἐνταῦθα τὴν τῶν εὐσεβῶν ἔπλασε χῶρον, καὶ τὸ Ἠλύσιον πεδίον. Facile ergo impetrat *Bochartus* ut Elysium ab עליו *lætus* aut simili voce Punica deductum censeam; frustra enim hactenus fuerunt de *Græca* origine βεκκεσελήνισαντες. Nec Primi Paradisi splendidum tantum situm & difficiles aditus; verum etiam arborum ac florum apparatum λειμωνώδη (ut cum Cebete loquar) ad Elysii sui descriptionem adhibuerunt *Græci*. *Pind. Olymp.* 11.

—Ἔνθα μακάρων
Νᾶσον Ὠκεανίδες
Αὖραι περιπνέουσιν, ἄν-

θεμα

θεμα δὲ χρυσῷ φλέγει,
Τὰ μὲ χερσὶθει ἀπ' ἀ-
γλαοῦ λειμῶνος,
Ὕδωρ δ' ἄλλα φέρβει.
Ὀρμοισι τοῦς χέρας ἀνα-
πλέκοντι καὶ στεφάνοις.

——*Ubi beatorum*
insulam Marinæ
auræ perflant, floresque
aurei micant,
alii quidem ab humo
à pulchris arboribus.
Aqua autem alios educat.
quorum monilibus ac
corollis manus implicant.

Tibullus libri primi Elegia III. de Elysiis Campis,

Fert casiam non culta seges, totosq; per annos
Floret odoratis terra benigna rosis.

Virgilius vocavit

——*amœna vireta.*

Fortunatorum nemorum, sedesque beatas.

Illic epulis ac perpetuæ festivitati saragunt, ἐν δαιτὶ τιμίοις θεῶν *in convictu honoratorum Deorum. Socrates* (in *Phædone*) refert au-

ctores τελετῶν innuere ὅτι ὡς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς ᾅδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται· ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος ἐκεῖσε ἀφικόμενος μετὰ θεῶν οἰκήσει. *Quod quicunque mysteriorum expers ac nondum sacris initiatus ad inferos iverit, in luto jacebit: qui vero purgatus ac sacrorum factus particeps eo advenerit, cum Diis habitabit. Hercules* apud *Pindarum, Isthmiorum* IV.

Νῦν δὲ παρ' Αἰγιόχῳ κάλλιστον ὄλβον
Ἀμφέπων ναίει, τετιμα-
ταί τε πρὸς ἀθανάτων φίλος, Ἥ-
βαν τ' ὑπείρει χρυσέων οἴ-
κων ἄναξ, καὶ γαμβρὸς Ἥρας.

Nunc vero cum Jove habitat lautissima fœlicitate gaudens, honore affectus Diis charus, Hebenque complectitur aurearum ædium dominus, ac Junonis gener.

Hæc ab *Homero Ulyssea* λ'. transtulit, qui de *Hercule* pridem dixerat,

——μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι.
Τέρπεται ἐν θαλίῃς, καὶ ἔχει καλλίσφυρον
Ἥβην.

Quod

Quod *Heben*, id est *Juventutem*, uxorem duxerit, de immortali ævo nullis provectæ ætatis malis obnoxio, quo donatus est, accipi debet: quo modo *Hesiodus* intellexit, in *Theogonia*, qui *Homeri* sæpe interpres ideo de *Hercule* dixit,

Ναίει ἀπήμαντος καὶ ἀγήρατος ἤματα πάντα.
Incolumis vivit nulla tardante senecta.

Empedocles honeste viventibus pollicetur quod futuri sint

Ἀθανάτοις ἄλλοισιν ὁμέστιοι, ἔν τε τραπέζαις
Εὔνιες ἀνδρείων ἀχέων, ἀπόκηροι, ἀτειρεῖς.

Isti versiculi apud Clementem pessime leguntur, ac ridicule transferuntur ab interprete Latino. Jo. Scaliger, incomparabilis ille literarum vindex, genuinam lectionem restituit: unde sic vertendi,

Immortalium cæterorum contubernales ac convivæ,
Expertes humanarum miseriarum, incorruptibiles, immortales.

Infinita sunt quæ de cœlestibus hisce epulis dici possent, & de Elysii adparatu reliquo, Audiamus tantum *Axiochi* auctorem, Ὅσοις μὲν οὖν ἐν τῷ ζῆν δαίμων ἀγαθὸς ἐπέπνευ-

σεν, εἰς τὴν τῶν εὐσεβῶν χῶρον οἰκίζονται· ἔνθα ἄφθονοι μὲν ὧραι παγκάρπου γονῆς βρύουσι, πηγαὶ δὲ ὑδάτων καθαρῶν ῥέουσι, παντοῖοι δὲ λειμῶνες ἄνθεσι ποικίλοις ἐαριζόμενοι· διατριβαὶ δὲ φιλοσόφων, καὶ θέατρα ποιητῶν, καὶ κύκλιοι χοροὶ, καὶ μουσικὰ ἀκούσματα, συμπόσιά τε εὐμελῆ, καὶ εἰλαπίναι αὐτοχορήγητοι, καὶ ἀκήρατος ἀλυπία, καὶ ἡδεῖα δίαιτα. *Quibus bonus genius in vita agenda adspiravit, regionis piorum coloni fiunt; ubi anni tempestates omne genus fruges affatim suppeditant, fontesque limpidis undis manant, prata universa variis floribus vernant: philosophorum scholæ, theatra poetarum, chori circulares, auditiones musicæ, convivia concinna, dapes ultro oblatæ, immortalis lætitia, victusque suavis* præsto sunt. Enimvero decantatissimam Ætatem Auream *Græcorum*, ad Paradisi *Mosaici* exemplar effictam fuisse, constat: Sicut ergo *Hebræi* (ut dixi) fœlicitatem Cœlestem Paradisi vocabulo adumbrarunt; sic *Græci* in Urbe (ubi ubi illa sit) Saturni, quem penes Aurea illa Ætas viguit, Elysium suum, atque μακάρων νῆσον collocarunt. *Pindarus Olymp. Od.* II.

ὅσοι

Ὅσοι δ' ἐτόλμασαν ἐς τρὶς
Ἑκατέρωθι μείναντες
Ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔχειν
Ψυχὰν, ἔτειλαν Διὸς
Ὁδὸν πρὸς Κρόνου πύρ-
σιν, ἔνθα μακάρων
Νᾶσον Ὠκεανίδες
Αὖραι περιπνέουσι.

Quicunque valuerunt ad tertiam usque vicem utrobique manentes, animam ab injustis omnino abstinere; perrexerunt Jovis viam ad Saturni urbem, ubi Oceanides aurae Beatorum Insulam perflant.

Claudianus etiam, *Graecorum* disciplinæ scientissimus, Elysium per Auream Ætatem recuperatam describere non dubitavit, quemadmodum *Hebræi* solenniter per Paradisum; verba sunt, De Raptu *Proserpinæ* lib. II. ver. 282.

Amissum ne crede diem, sunt altera nobis
Sidera, sunt orbes alii, lumenque videbis
Purius, Elysiumque magis mirabere solem,
Cultoresque pios. Illic preciosior ætas

Aurea

Aurea progenies habitant, ſemperque tenemus
Quod ſuperi meruere ſemel. *Nec mollia deſunt*
Prata tibi, Zephyris illic melioribus halant
Perpetui flores, quos nec tua protulit Henna.
Eſt etiam lucis arbor prædives opacis
Fulgenti virides ramos curvata metallo,
Hæc tibi ſacra datur, fortunatumque tenebis
Autumnum, & fulvis ſemper ditabere pomis.

Atqui hæc omnia etiam Philoſophi *Græci* ἀλληγοροῦσι. Πεδίον Ἠλύσιον, πεδίον ἀληθείας interpretatur *Plato* in *Phædro*; addens, ἥτε δὴ προσέχουσα ψυχῆς τῷ ἀρίστῳ νομὴ, ἐκ τοῦ ἐκεῖσε λειμῶνος τυγχάνει οὖσα. *Socrates* in *Phædone*, de anima, quæ, fruminis & feminis victrix, ſe in tranquillam immunitatem ab affectuum perturbationibus aſſeruerit, ἑπομένη τῷ λογισμῷ καὶ ἀεὶ ἐν τούτῳ οὖσα, τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ θεῖον καὶ τὸ ἀδόξαστον θεωμένη καὶ ὑπ' ἐκείνου τρεφομένη, ζῆν τε οἴεται δεῖν οὕτως ἕως ἂν ζῇ· καὶ ἐπειδὰν τελευτήσῃ, εἰς τὸ συγγενὲς καὶ εἰς τὸ τοιοῦτον ἀφικομένη ἀπηλάχθαι τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν. Quid de conſpectu *Shecinah*,

cinah & Lumine vultus Regis vitæ *Judæi*: quid de Visione Beatifica luculentius Christiani dicant? *Plato* in *Phædro* de Pia mente locutus, ἡ δὲ τῷ ὄντι ἐπιστήμην ἔσαν, καὶ τἆλλα ὡσαύτως τὰ ὄντως ὄντα θεασαμένη καὶ ἐπαθεῖσα, λοῦσα πάλιν εἰς τὸ εἴσω τοῦ ἑαυτοῦ, οἴκαδε ἦλθεν. *Veram scientiam in eo quod vere est, & alia pariter quæ reipsa sunt contemplata & quasi epulari festivitate excepta, ad interiora cœli se denuo recipiens, domi est.* Origenes ait Mentem perfectam *Cibos quibus vescatur habituram theoremata, & intellectus rerum ratione sque caussarum*, &c. lib. II. περὶ ἀρχῶν cap. XII. prope finem. *Visuros nos facie ad faciem, atque cognituros perinde ac cognoscimur* S. literæ docent. Atque de *Paradisi* & *Elysii* literali & mystico parallelismo hæc hactenus.

SECT. VIII.

Mediocrium status ex *Hebræorum* & *Græcorum* sententia.

Prævaricatores Israelis qui. Purgatorium Judæorum, *cui* Mediocres *addicunt*, *duodecim*

decim menſium. Beth quid ſignificet, in hujuſmodi, Beth Hillel, Beth Sammai, &c. Duodecimeſtre Purgatorium *ex Nachmanida, Schola Joſephi in Joreh Deah, R. Bechaye, &c. Ex Gemara Alpheſii, &c. Quibus expientur peccata leviora juxta* Judæos. *De* Græcorum Campis Lugentibus. *Illis parem locum haberi apud* Judæos, *cui Biæothanatos & Aoros legant. Non poſſe* Campos Lugentes *cum* Gehenna Superiore *conferri. Platonem loci* Tartarei *meminiſſe unde* Mediocres *poſt Anni unius luſtrationem evadunt. Nullam* Purgatorii *mentionem fieri in ullo ſcripto* Judaico *ante conditam Gemaram: nec in ullo ſcripto* Chriſtianorum *ante Origenem. Ab illo* Chriſtianos, *A* Chriſtianis Judæos *ſumpſiſſe.* Mohammedanos Purgatorium *agnoſcere.*

UT autem perfecte *Juſtos* ad Paradiſum; ita *Mediocres ad Gehennam ſuperiorem; penitus autem Impios ad Gehennam inferiorem* legant *Hebræi.* Mediocres hoſce פושעי ישראל *prævaricatores Iſraelis* vocant; flagitioſos verpos innuentes, qui è vita migrarunt non acta prius commiſſorum pœnitentia: & qui in præceptum aliquod ex trecentis ſexaginta quinque vetantibus (totidem

dem *Talmud* Tractatu *Makkoth*, *R. Solomon Ben Eleasari* in *Avodath Hallevi*, & *R. Aaron* in *Joreh Deah* aliique computant) deliquerunt. Id autem genus flagitii, utpote majoris contumaciæ, ne simplice quidem pœnitentia pianda censent. Consule si placet ea de re caput ultimum tractatus *Jomah*. In *Gehenna* autem Superiore Duodecim plerumque menses torqueri volunt: vel saltem quoad sat lustrati tandem liberentur; Deo preces, quæ pro defunctis recitari solent exaudiente scilicet: cujus furfuris bene multæ occurrunt in *Judæorum* Libris precum. At primas deferunt precandi formulæ, quam (à voce ista identidem repetita) קריש *Kaddisch* vocant: illam enim si filius vel cognatorum defuncti quisquam undecim menses ὁσημέραι recitaverit, is pro quo precatur libertatem adeptus facessit in *Paradisum*. Pro defunctis hisce etiam victimis feciſſe *Judam Machabæum* constat. Perinde ac hodieque παπολάτραι liticines animas *Purgatorio* suo tesseris venialibus, aut oblato Missæ (ut vocitant) sacrificio, aut vero superstitum suffragiis exemptas fabulantur. *Ramban Gerundensis* in שער הגמול de *Judæis* verba faciens, שמחויבי עונש נדונים בגיהנם שנים עשר חודש

חודש כל אחד כפי הראוי ול וגו׳ *Qui obnoxii sunt pœnæ plectuntur in* Gehenna *duodecim menses, unusquisque uti est meritus.* בית ייסף (*Beth* autem in hujusmodi *Beth Joseph*, *Beth Hillel*, *Beth Samai* & similibus; frequenter *Scholam*, *factionem*, *clientelam*, *sectam* significat: *Syrus* itaque pro *Herodianis*, quos Herodes *vervex sectarius* (ut *Plautus* loquitur, ducebat, ܕܒܝܬ ܗܪܘܕܣ *debeth Herodes* ponere non dubitavit. *Beza*, qui non *Syris*, sed *Hebraicis* tantum elementis דבית הרודס legit, *debeth Hirudim* perperam extulit, ס etiam ultimam literam pro ם clauso accipiens: sed neque melius vertit, per *Herodis domesticos*, *sive aulicos*; cum *sectam* potius *Herodis* vertisse debuerit, à *cujus fermento* Christus *cavendum* esse monuit *Marci* VIII. v. 15. Sed & *Maronitæ* in *Matthæi* cap. XXII. v. 16. in Bibliis Gallicis & nostris (Polyglottis) *domesticos Herodis* etiam male verterunt. הורודוסיות vocavit Baal Aruch.) *Schola*, inquam, *Josephi* in *Joreh Deah*, Edit. Venetæ, p. ult. בראמרינן דמשפט רשעי ישראל בגהנם יב׳ חודש *Sicuti vulgo dicitur, pœna flagitiosorum Israelitarum* XII. *menses in Gehenna* durat. Itidem scribit *R. Bechaye* in *Deuteronomii Parasham*, וזאת הברכה *R. Shem*

Shem Tobh in נפש החכמה & libro של תשובה. *R. Alpheſius* ex ſententia Sectæ *Hillelis*, tomo 1. fol. 308. pag. 1. *Sebioniteſis* Editionis in fol. פושעי ישראל יורדין לגהנם ונדונים בו יב חודש *Prævaricatores* Iſraelis *deſcendunt in Gehennam & plectuntur ibi* XII. *menſes.* Ad quem locum conſule ſi placet ſcholia *Solomonis Jarchii*, *R. Niſſim*, & *R. Eſaiæ Shilte Haggiborim*. *R. Joſephus Albo* in עיקרים ſermone IV. c. XXIV. pag. 151. העונש הזה שאמרנו שהוא מני ע אם לנוף ולנפש ביחד ואם לנפש בלבד יתחלף באנשים כפי הנוף מדרגותיהם כי מי שיש בידו קצת עבירות אי אפשר שיהיה נדון תמיד בצער המופלג ההוא שאמרנו כי חזק יספיק לשכח ההרגל והסנרג ולפי זה שאמרו רבותינו ול הזמן ההוא יב חחשים *Supplicium hoc de quo meminimus, ſive ad corpus ipſum, ſive ad animam ſimul cum corpore, ſive ad animam ſolam pertigerit; pro uniuſcujuſque ſtatu ac conditione diverſa variaque eſt: fieri enim nequit ut is in quo partim bona partim mala exiſtunt, maximis iſtis, quos memoravimus cruciatibus æternum torqueatur; peracto enim certo tempore ſupplicium illud ceſſabit,*

cessabit, nempe cum nequam ista consuetudo peccandi abstersa penitus & perpetua oblivione abolita fuerit; ac juxta doctorum nostrorum τῶν μακαριτῶν *sententiam, tempus illud Duodecim mensium erit. Perush* in *Zechariæ* XIII. statuit *Mediocres hosce non ultra* XII. *menses esse in tormentis. R. Shem Tobh* tractatu v. של תשובה minus accurate locutus, ait *Mediocres* שנה אחת *annum unum puniri, priusquam ad locum superiorem* (למעלה) *adscendant, cum justis cohabitaturi.* Malunt autem hoc tempus XII. *mensium, quam anni* vocabulo definire; qua de re sic Schola *Josephi* in *Joreh Deah* כדאמרינן דמשפט רשעי ישראל בגהנם יב׳ חודש ולא אמרו שנה הילכך יב׳ חודש מנינן *Perinde ac dici solet, supplicium flagitiosorum Israelitarum in Gehenna* XII. *menses durat; atqui annum non dicunt, ideoque* XII. *menses numeramus.* quo loco idem scholiastes pergit rationem reddere quare *anni* hic vocem tam studiose vitantes, XII. *menses* dicere maluerint. Alioquin etiam (ut quibusdam videtur) intercalari mense *Veadar* (quo Solis cursum annuum cum menstruis Lunæ in loco conciliant) annum aliquoties productiorem reddente, putaretur quis diutius pœnas pendere qui tali Anno,

quam

quam qui communi oppeteret: at Menſes illis Lunares, utique æquales, iſtius ſcrupuli immunes ſunt. *R. Mekir* in *Avchath Rochel* lib. II. (qui totus in iſtiuſmodi conſumitur) modum Duodecimeſtris iſtius luſtrationis deſcribit. Hæc autem regio, ex qua, poſt ratam luſtrationem, exitus conceditur, *Gehennæ ſuperioris* nomine occurrit, apud *Mekirum* & RR. ſatis frequenter. *Judæis* autem inoleverat opinio peccata ſua adverſus Præcepta Jubentia per meram pœnitentiam, ſaltem in ſolenni Reconciliationis, remitti: ſecundum *R. Zechariam* in *Pirke Eleaſari* cap. XLVI. יום הכפורים מכפר בעולם הזה ובעולם הבא *Dies expiationum & in hoc & in futuro ſeculo expiat.* Etenim יום הכפור *Diem expiationis* Ultimi Judicii ſpeciem præferre ſtatuunt Magiſtri, libris vitæ & mortis tunc apertis. Peccata autem adverſus pleraque præcepta Vetantia, largitionibus, hujus vitæ κρεμαχίαις atque ærumnis, exilio, ſaltem morte ipſa, quam februorum oppido maximum putant, deleri. Hinc in ſolenni prece in extremis conſtitutorum, in *Seder Tephilloth* in 12. Editionis *Amſteledamenſis* per *Menaſſem B. Iſrael*, pag. penultima, ואם קרבה עת פקודתי למוה תהא מיתתי כפרה

UMI

כפרה לכל חטאתי ולכל עונותי ולכל פשעי שחטאתי ושעויתי ושפשעתי לפניך מיום היותי *Sin autem visitatio mea instet ad moriendum, esto mors mea expiatio pro omnibus peccatis, criminibus & commissis meis, sive quæ sciens, sive quæ ignorans perpetravi à die in quo vitam meam auspicatus sum.* In *Pirke Eleasari* cap. XXXIII. *Saulus* dicitur mortem sibi consciscendo expiasse peccata sua. Consulatur & *Medrash Elle Haddevarim* in cap. III. v. 26. & R. Nathan in Avoth Sect. חמשה Sin restent adhuc aliqua quæ nec mors ipsa dispunxerit, illa saltem δωδεκαμηνιαῖον χρονοστιβοῦσιν in hac regione, penitus expiari. Nonnulli censent cassam spem, quam *Judæi* ex ista opinione concepisse poterant, Christum retusum ivisse, cum *nec in hoc nec in futuro mundo peccatum adversus S. Spiritum remissum iri minatur. Judæi* enim *Talmudis* illud semper in ore habent כל ישראל יש להם חלק לעולם הבא *Omnis Israelitas partem habet in mundo futuro: Israelita* nequam & parum frugi postquam eos (ut dictum) ab anteactæ vitæ nepotatu lustraverit mala ista mansio. *Judæos* quippe omnes גוי קדוש *gentem sanctam* vocant, talemque in amputatione præputii vim ponunt, ut quibus ea

con-

contigit à *Paradiſo* æternum arceri nequeant. Eorundem decretum eſt Tractatu Kidduſhin prope finem, fol. 82. p. 1. טוב שברופאים לגהנם *Optimus medicus ad Gehennam*; quaſi optimi hac luſtratione opus habeant: nec ſic tamen ſuis Panicum incuſſerunt, quin ex medicina, quam improbe paſſim factitant, maximi æruſcatores evaſerint.

Græci etiam hunc locum agnoſcunt: ex quorum ideo ſententia *Virgilium* nonnulli volunt Inferos in *Campos Lugentes*, *Elyſium* & *Tartara*, diſtribuiſſe. In Lugentes autem Campos cogebantur omnes *Biæothanati* & *Aori*: πάντες οἱ πρὸ μοίρας ἢ πρὸ ὥρας θανόντες, *omnes qui violenta aut intempeſtiva morte oppetebant*. *Dido Virgiliana* erat & Βιαιοθάνατος & Ἄωρος,

Quia nec fato, merita nec morte peribat,
Sed miſera ante diem ———.

In his autem Campis tantiſper morari voluerunt antiqui, dum μόρσιμος αἰὼν ut *Pindarus* vocat, (id eſt, *legitimum vivendi tempus*) impletus fuiſſet: quem quibuſdam centum, quibuſdam ſeptuaginta anni conſtituunt. *Solonis* eſt apud *Clementem* & *Philonem*,

Τῇ δεκάτῃ (supple ἑβδομάδι) εἴ τις τελέσας κατὰ μέτρον ἵκοιτο,
Οὐκ ἂν ἄωρος ἐὼν, μοῖραν ἔχει θανάτου.

Timarchus apud *Plutarchum*, qui (sive γρηγορῶν sive ὀνειροπολῶν) in *Trophonii Antro* specimen Inferni accepit; ex hac regione audiit μυρίας ὠρυγὰς καὶ στεναγμοὺς ζώων, μυρίων δὲ κλαυθμὸν βρεφῶν, καὶ μεμιγμένους ἀνδρῶν, καὶ γυναικῶν ὀδυρμούς. Quæ *Er Pamphilus* retulit τῶν εὐθὺς γενομένων καὶ ὀλίγον χρόνον βιούντων πέρι, notat *Socrates Platonicus* (De Republ. X. pag. 615. Edit. *Serrani*) tanquam οὐκ ἄξια μνήμης. *Cicero* statum animarum non à Reviviscente aliquo, sed ab Experrecto potius narrari volens, etiam quo certiorem fidem mereri videretur, Campos hosce Lugentes, penitus proscripsit. Opinabantur autem vetustæ hujus superstitionis affines mortuorum Animas omnia, etiam futura, nosse; ex Parcarum in Orco staminibus inspectis: vel itaque evocantes ad se cadaveribus aptas διὰ νεκυομαντείας (quam, utpote *Ægyptiis* familiarem, accurate descripsit *Heliodorus Æthiopicorum* VI.) vel ipsi Orcum subeuntes

ἀφ' σκιαμαντείας sive εἰδωλομαντείας consulebant. Quamvis autem Primæ hujus Regionis incolis valde curta futurorum cognitio fuerit, quod illi, nondum epoptæ, ab aliis duntaxat umbris nonnulla percontando acceperant; sacerrimis tamen consultoribus cum hac regione commercium utcunque impetrabilius cessit, quo magis illa in propinquo; *Erichtho* apud *Lucanum*,

Non in Tartareo latitantem poscimus antro,
Adsuetamque diu tenebris, modo luce fugata,
Descendentem animam, primo pallentis hiatu
Hæret adhuc Orci, licet has exaudiat herbas,
Ad manes ventura semel ——.

Campos enim hosce Lugentes in *Orco pallente, nondum nigro* statuebant, id est, inter hujus vitæ, atque Inferni confinia: quo sensu Charite, Thrasyllum occisura, sic præfatur: *Nec mortis quiete recreaberis, nec vitæ voluptate lætaberis; sed incertum simulacrum errabis inter orcum & solem.* apud *Apuleium.* Quorsum vero ex hac potissimum regione arcesserent animas, aliam caussam adsignavit *Tertullianus*, libro de Anima, prope finem; *Invocantur quidem Aori & Biæothanati sub illo fidei argumento, quod credibile videatur eas potissimum animas ad vim & injuriam*

facere, quas per vim & injuriam sævus & immaturus finis extorsit, quasi ad vicem offensæ. Quo autem scires ex Campis Lugentibus arcessitos omnes quos *Ulysses* consuluit, —νεοπενθέα θυμὸν ἔχοντας.

notavit *Homerus.* Odyssea λ'. תדע לך כי הנפש אחר צאתה מן הגוף אר ול שהיא זוכרת ומתאבלת עליו על הפרדה מן הגוף *Scito quod anima post exitum è corpore (ut RR.* οἱ μακαρίται *dicunt) ipsa recolens* pristinum statum, *de illo plorat, de separatione* nempe *sua è corpore*, ut inquit *Jechiel Mile* in *Reshith Chokmah.* Et nos de animabus *Hebelis, Nadabi, Abihu, Nabothi* & similibus prius adnotavimus. Tametsi vero hanc Regionem *Diversorium* adpellet *Tertullianus*, quod post moram quam diximus legitimam alio migraretur; non tamen Gehennæ Superiori Hebræorum adamussim παράλληλος esse posset, nisi etiam supplicii locus fuisset. Habent enim & illi Campos suos Lugentes, quibus isti Græcorum potius componi debent.

Atqui ex Inferni Supplicii loco Quotannis liberari perductos ad sanitatem etiam Græci agnoscunt. *Platonis* instar omnium auctoritas

auctoritas esto, qui sic in Phædone. Οἱ δ' ἂν ἰάσιμα μὲν, μεγάλα δὲ δόξωσιν ἡμαρτηκέναι, ἁμαρτήματα, —τούτους ἐμπεσεῖν μὲν εἰς τὸν Τάρταρον ἀνάγκη· ἐμπεσόντας δὲ αὐτοὺς καὶ διαπορευθέντας, ἐκβάλλει τὸ κῦμα, &c. *Qui licet sanabilia, magna tamen flagitia admisisse videantur,* ——*illos in Tartarum incidere necesse est: incidentes autem atque annum illic commoratos ejicit fluctus*, &c. Quæ reliqua illic apud *Platonem* habes, to'idem fere verbis à Talmudicis expressa memini. Hoc tamen notandum, nullam prorsus *Purgatorii* mentionem in scriptis Judaicis occurrere Gemara antiquiorem; quæ, juxta ipsorum annales, condita est circa annum æræ Christianæ quingentesimum. Nihil ea de re *Targumim*, nihil *Philo*, nihil *Josephus*, nihil *Mishna*, scriptum solidum atque antiquum, quod post S. Literas in summo pretio ab Ecclesiasticis merito haberi debet. Quamvis enim R. *Jehuda* Sanctus opus illud circa sesquicentesimum Christi concinnaverit, asserunt tamen Judæi præsto illi fuisse majorum suorum chartas in subsidium: quod quam sit verisimiliter dictum non different fateri, qui illud opus perlegerunt; ejus enim pleraque

pars istiusmodi est, ut omnino per meram traditionem sine scripti ullius adminiculo eousque conservari potuisse non opiner. Sin quis objiciat in istiusmodi discrepare illum librum aliquoties à S. literis & ipso Josepho, habebitur ejus rei ratio alibi. Extat, fateor, *Purgatorii* luculenta mentio in loco Zoharis, quem produximus; sed istum librum multo serius scriptum fuisse convincunt λέξις καὶ σράγματα: ineptissime enim Chaldaissat, recensitis subinde historiis rerum multo recentiorum, quam ut possit ad annum Christi quingentesimum pertingere. Liber ergo Juchasin illud opus R. Simeoni f. Jochæi tribuere non est ausus. Quæ autem de V. Testamenti libris afferuntur ad stabiliendum *Purgatorium* parum ponderis habent. Etiam Machabaicis temporibus sacrificia & orationes pro mortuis non concludunt de *purgatorio* tunc fuisse cogitatum: & veteres Christiani, qui pro mortuis orabant, ne verbulum intermiscent de *purgatorio*. Longe vetustissima mentio ejus rei habetur in loco Platonis, quem produximus. E cujus schola prodiens Origenes fecit *purgatorium* orbi Christiano tunc demum innotescere. Atqui is existimavit Deum omnes creaturas natura æquales

atque

atque ejuſdem ordinis ac loci condidiſſe; libero inſuper arbitrio prædita, quo fretæ Deum imitarentur ac tales perſtarent, quales conditæ ſunt; aut ſecus facientes, deſerta ſtatione corruerent in deterius: id autumabat per varios gradus fieri poſſe, quoad ſummi ordinis Seraphus in terreſtrem demum naturam deſcendiſſet: exiſtimavit autem unamquamque creaturam illum tandem obtinere ordinem in rebus, quem prævaricando delegerit ſibi: illam autem quæ vel minimum à ſumma ſua perfectione deſcivit, habere quod tantiſper angat animi; quæ vero, longiſſime recedendo, quam maximam ſibi miſeriam conciliaſſe videatur, etiam in extremis conſtitutam non deſeri à cœleſti clementia, quandoquidem receptui divinitus canatur, ac fiat certa ſpes conditionem priſtinam recuperandi, ſi tunc demum ærumnis longum exantlatis manſueſcere ac reverti velit: neminem enim diutius iſtis exerceri cenſet, quam inolitæ ſordes vitiorum poſtulaverint. Perlege ſi placeat caput VI. libri I. cap IX. lib. II. & cap. I. libri tertii περὶ ἀρχῶν. Quantum autem Origenes philoſophorum animos permoverit tantum de Academia in Chriſtianiſmum convehendo non hic dicam.

dicam. Certe Christiani hoc tantum indidem decerpere sunt ausi, *Animas non nisi defæcatas ac debitam puritatem nactas in cœlum admitti posse.* At de Purgationis ratione ac modo nihil per multa tandem secula sancitum. Multo minus quicquam somniatum de Purgatorio quod Papistæ ostentant; in quo scilicet nihil συμπαθείας σεμνοπιχῆς aut pravorum affectuum excoquitur; *tantum pœnæ commissorum, etiam remissorum, penduntur.* Quæ sententia res fisci est planissime, atque eo nomine pro articulo novæ perfidiæ à non uno conciliabulo venditari meruit. Quid enim non audet Roma mendax in Christianismo? Quamvis autem inter Judæos & Academiam jamdudum convenisse ostendant Solomon apocryphus & Philo, tamen mihi multo verisimilius videtur Judæos non plausisse Purgatorio Platonis, prius quam fæx degeneris Christianismi tantundem recepisset. Rabbinis enim novum non est scripta sua Christianorum, quibuscum una vixerint, non paucis opinionibus interpolare. Quo pacto etiam Formulas precum suarum ad Missæ Canonem adtemperasse videantur. Merito ergo possem hoc loco Græcos Hebræis præposuisse, sed istis animadversis

versis, nihil obfuerit servatum alibi ordinem etiam hic retinuisse.

Mohammedes qui Judaismo atque Græcismo Nestorianismum incrustans, ex omnibus ῥῶπον unum & cinnum quasi conflavit; à Judæis & Græcis etiam hujusce Medii status fidem accepit. Illi enim الاعرف *Alaaraf* regio sit البرزخ *Alberzach, loci separationis: Medias inter extrema supplicia & Paradisum obtinens.* De qua agit *Corani Surat.* VII. Morgiorum autem secta lustrationem fieri transeundo: mediam Gehennam plane agnoscit. Consule notas *Cl. Pocockii* ad *Gregorii Abulfaraii*, pag. 25. lin. 8. Ebn Senræ in Almahad cap. II. refert, Illos qui & recte credunt & recte faciunt æterna beatitudine fruituros. Illos qui perperam Credunt & male etiam faciunt pœnas æternas luituros: *Qui vero bene crediderunt sed male vixerunt de his dicitur, quod ipsi sunt in arbitrio Dei, qui illos punit, aut misericordia dignatur, sicut vult; neque aliquid eis in perpetuum imponitur.* Lege etiam caput septimum ejusdem libri.

SECT.

SECT. IX.

De loco ſtatuque *penitus Impiorum* juxta *Hebræos* & *Græcos*.

Nomina quibus dirus iſte locus Hebræis *venire ſoleat.* Gehennæ *nomen unde.* Gehennam *varios gradus admittere ex Evangelio confirmatum.* Gehennæ Infimæ *ſupplicia æterna. De Kereth ſive Exciſione Animæ quam Lex minatur. Expenduntur locutiones iſte* εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. לדורי דורות *& ſimiles. Quid RR. quidam de pœnarum æternitate ſentiant. Quid Origenes. Quid* Græci *de* Tartari *duratione ſtatuant. Puniri in* Gehenna *intenſiſſimo gradu Frigoris ac Caloris juxta* Hebræos. *Itidem ſe rem habere in* Tartaro Græcorum. Mohammedanos *itidem ſtatuere.* Cœlum *&* Gehenna *ſive* Tartarus *quam per omnia opponantur.*

UT autem *Penitus Juſti* in Paradiſum, & *Mediocres* in Gehennam Superiorem, ita *Penitus Impii* in Gehennam Inferiorem deſcendunt: quam *R. Meir* מקום המשפט *S. Lucas* τόπον τῆς βασάνου, per eminentiam vocant.

cant. RR. etiam בור תחתיות *putcum infimum*, (Græci ἄβυσσον.) שאול תחתית *Sheol infimum* Jobi cap. XVII. v. 6. dicitur גהנם מן לגיו *Gehenna Interior* à Chaldæo paraphraſta. Latinus dixit--- *Intima lethi Tartara.*—RR. etiam בית אבדין *Domum perditionis* vocitant, Sed תופת *Topheth* & גיהנם *Gehenna* voces ſunt iſti loco ſignificando longe frequentiſſimæ. In vicinia enim Urbis ſanctæ jacebat diris devota vallis Hinnomidæ, in qua filios filiaſque vivicomburiis Molocho trajiciebant: quam ideo Rex *Joſias* in *Gemonias Judaicas* vertit, rebuſque turpiſſimis (cadaveribus, ſimo & ejuſmodi) conjectis polluit: & ne quid noxæ exhalaret, hoc olenticetum, abſumendis rebus iſtis immundis, teſte *D. Kimchio* in *Pſalmum* XXVII. perpetuo igne ſatagebant. In Coſari etiam ſermone I. dicitur, גיהנם הוא מקום ידוע קרוב לירושלם ניא שאין האש נכבית מקנו היו שורפין בו עצמות הטומאה והנבלות ושאר הטומאות *Gehenna locus erat famoſus prope Hieroſolyma, vallis nempe, in qua ignis nunquam extinctus fuit, in quo comburebantur oſſa immunda, morticinia, & ejuſmodi res immundæ.* Illic etiam Angelus Domini *Aſſyriorum* caſtra adortus una nocte centum

centum octoginta quinque hominum millia occidit; quo ſpectant illa *Eſaiæ*, cap. XXX. v. 31. *Voce Domini pavebit Aſſyrius*, &c. *Eſt enim pridem ordinatus Topheth, eſtque regi alte lateque inſtructus; igne, multiſque lignis ardens, Domini flatu, quaſi ſulphureo quodam torrente, eum incendente.* Illic etiam contigit idololatras *Judæos* à *Babyloniis* bello internecino vinci, ita ut cadaveribus humo contegendis defuerit locus. Secundum illud *Hieremiæ* cap. VII. v. 30. *&c. Quoniam offenderunt me Judæi, (inquit Dominus) ſuoſque nefarios deos poſuerunt in æde à me denominata, ejus polluendæ cauſa, extruxerunt que ſacella Topheth (quod eſt in valle filii Hinnomi) ad ſuos filios filiaſque igne cremandos, id quod neque juſſi neque mihi venit in mentem; itaque tempus erit (inquit Dominus) cum non deinceps Topheth aut vallis filii Hinnomi, ſed vallis cædis dicetur, ſepelientque in Topheth donec locus non ſuppetat. Et erunt hujus populi cadavera paſtui volucribus cœli & beſtiis terræ abſterrente nullo.* Vides Deum hominesque in abominandi hujus loci execrationem conſpiraſſe. Ut ergo Paradiſi Terreſtris ſumma amœnitas ἐξ ἀναλογίας πρὸς ad Cœleſtia gaudia conſignanda; ſic horrenda hæc vallis

pari

pari similitudine, cum nihil immanius occurreret, ad significandum Tartareum locum impiorum pœnis apparatum, post secundum templum cessit; neque enim antea poterat per temporis rationem, quo hæc gesta sunt. Targum in *Isaiæ* cap. XXXIII. v. 14. impios amandat לגהנם יקידות עלם *ad Gehennæ ignem æternum.* Regionem foveæ in quam descendit Lucifer, *Septuaginta* τὰ θεμέλια τῆς γῆς, *Arabs* لساسات الارض *fundamenta terræ vocat*; תחתיות ארץ היורד לתם שוב אינו עולה *Quod ad Infima Terræ attinet, qui eo descendit nunquam adscendit*, ut habet liber *Fosod Shirim. R. Menachem* in parasham אשור & Moses Gerundensis cap. Gamul, Gehennam in septem minores regiones distinguit; (quod & alii RR. faciunt) quibus diversos pœnarum gradus innuit. (Et Christus quadantenus discrimen in Pœnis Gehennæ statuit, dum ait, *Tolerabilius iri Sodomæ & Gomorrhæ, quam iis qui evangelium non admiserint*; Matthæi x. v. 15. Alcoranus etiam capite III. v. 162. Supplicia Gehennæ diversa constituit.) Atqui asserit illos qui descendunt in *Infimam Regionem, Abaddon dictam, nunquam adscendere*; *esse quippe illum locum*

sine

ſine ullo exitu aut porta. Idem in Paraſham אחר מות inquit, ויש רשעים גמורים שנדונים דורי דורות כרצון האל יתּ ומקיים אותם בצער ועונש שאין כלה *Sunt & Penitus Impii qui puniuntur in ſecula ſeculorum ſecundum voluntatem Dei benedicti, qui collocat illos in cruciatu & pœna ſine fine.* Jalkut in *Zechariæ*, cap. XIII v. 9. totidem etiam verbis habet, הרשעים הגמורים נידונים שם דורי דורות *Penitus Impii illic* (de Gehenna locutus) *plectuntur in ſecula ſeculorum.* Eadem etiam habentur in *Toſaphoth* in *Bava Metzia*, cap. IV. Et Tractatu *Roſh. Haſhanna*, loco prius laudato; ubi porro dicitur גיהנם כלה והם אינם כלים verbatim, *Ceſſabit Gehenna at illi non ceſſabunt*, i.e. prius deſinet Gehenna quam illorum pœna. Iſta enim verba comparative exponi debent. Eundem Hebraiſmum habemus in iſtis Chriſti, *Matthæi* cap. XXIV. v. 35. Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι, i.e. *prius abibit cœlum & terra quam verba mea.* *Lucæ* cap. XVI. v. 17. Εὐκοπώτερον δέ ἐστι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν παρελθεῖν, ἢ τοῦ νόμου μίαν κεραίαν

κεφαλαι πεσειν. *Facilius eſt cœlum ac terram perire, quam ullam legis apicem intercidere.* S. Lucas hic comparative expoſuit. Nihil hic dico de ſingulari opinione *R. D. Kimchii* qui in Primum *Pſalmum* dicit de Impiis hiſce ואבד נפשם עם גוהם ביום המיתם *peribit anima ipſorum cum corpore in die mortis.* Aut Mayemonidæ, qui *Kereth* ſive *Exciſionem*, quam lex identidem interminatur, de *Annihilatione* interpretari videatur. *Arnobius* libro II. de Impiis Animabus; *Faciuntur enim &, ad nihilum redactæ, interitionis perpetuæ fruſtratione vaneſcunt.* Norunt quicunque in Talmudicorum ſcriptis verſati, ſolere illos opiniones ſuas ſententia ſemper aliqua S. Scripturæ, Rabbinico (id eſt deliro plerunque) more expoſito firmare: futurum autem Bonorum ac Malorum ſtatum ſignificari volunt iſtis Abigailis ad Davidem, I. Sam. cap. XXV. v. 29. Statum nempe Bonorum *colligatione in faſciculo viventium*; Statum autem Malorum *projectione* tanquam è *funda* deſcribi. Et certe vox *faciuntur*, quam tanta cum vehementia uſurpat Arnobius, fidem pene facit eum à Judæis iſtius exciſionis modum hauſiſſe: quamvis etiam ad Chriſti illud alludat, *Satius eſt vereri illum*

qui & animam & corpus in Gehenna perdere poſſit, quam illos qui corporis tantum occidendi jus habent; quo *interitum animarum* ſtabiliret. S. autem Apocalyptes ait *fumum* meretricis ultimo ſupplicio affectæ *adſcendere* εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, cap. XIX. v. 3. Deque ſimilibus ſimiliter loquitur, cap. XIV. v. 11. Quibus verbis RR. לדורי דורות *in ſecula ſeculorum* accurate reſpondet, in Tract. *Roſh Haſhannah* loco ſuperius memorato: & in Jalkut in Zechariæ cap. XIII. fol. 141. pag. 2. Editionis Liburnenſis, ubi illa verba לדורי דורות è Talmude integre citantur. Iſtam autem phraſin Talmudicorum *R.* Iſaac *Alpheſius*, caſtravit, Tom. I. fol. 308. p. 1. de *penitus impiis* ſcribens וירדין לגוהנם ונידונין לדור דורות ait, *deſcendunt in Gehennam ibique puniuntur in ſecula*, (non *in ſecula ſeculorum*;) quanquam alias Talmudicorum ſcita caſtiſſime repræſentaſſe videatur: qua de re egregiam laudem reportavit, apud Mayemoniden in Præfatione in Seder Zeraim. Et quicquid in ſua totius Talmudis Epitome concinnanda induxit R. Iſaac Alpheſius, pro irrito habent Judæi. Iſtam autem caſtrationem ſi tanti putaſſet *Joſephus Samigah*, correxiſſet in ſuo *Purath*, id eſt,

torcu-

torculari, quo *Alpheſium* aliquoties nimis inique premit. Si vero hanc rem penitus introſpiciamus, deprehendentur Judæi non pauci etiam Impiorum iſtorum pœnas non ad æternam perpetuamque durationem, quamlibet ad valde longam, ſi fors tulerit, extendere. De penitus Impio *R. Moſes Almoſny* in *Tephillah Moſheh*, מדה כנגד מדה אם עשה עבירות הרבה נענש הרבה ואחר יבוא למנוחתו *Menſura juxta menſuram, ſi quis enim multum peccarit multum punietur: poſtea tamen conſequetur requiem ſuam. R. Iſaac Ben Arama* in *Akdath*, (Commentario in Pentateuchum) in *Paraſham* חיי שרה tantundem afferit. *R. Jacobus Chavif*, in *En Jacob*, in *Roſh haſhannah*, cap. I. ויש שמוחק שקכלו כבר דינם בגיהנם אפשר שיזכו לחיי העולם הבא ועלוהם אמר דוד אחבתי דכתיב בית אפפוני חבלי מות יכתיב דלוחי ולי יהושיע *Sunt qui poſtquam in Gehenna jam pœnas dederunt, forte dignabuntur vita mundi futuri; & de illis dixit David, (Pſalmo* CXVI.) *Amabo, &c. De iis ſcriptum eſt, Circumdederunt me dolores mortis, &c. Et ſcriptum eſt, Attenuatus ſum & me ſervabit. R. Menachem* in *Paraſham* וישב exponens illa *Samuelis*, cap. XXV. v. 29. *Sit anima domini mei ligata in faſciculo*

viventium cum domino deo tuo; at animam Inimicorum funda projiciat, projiciat (inquam) *velut ex fundæ ſcutali.* Faſciculum Viventium, de Juſtorum conditione; Projectionem tanquam ex funda, de malorum accipit: deque Malis concludit, *eſſe illos in vinculis* עד זמן צאתם *uſque ad tempus quo inde exeunt.* Idem in *Paraſham* אחרי מות de Gehenna Inferiore locutus אבל הרשעים עומדים שם עד זמן עבד לכליתם *At impii manent illic quoad eorum maculæ abſterſæ fuerint.* Phraſin autem εἰς τὸς αἰῶνας τῶν αἰώνων in *N. T.* legitimam *æternitatem* non neceſſario deſignare, vel inde liquet, quod phraſis *Hebraica* quam *Græca* illa exprimere nata eſt, pro minore temporis ſpatio, quamlibet longo, aliquoties in S. literis uſurpetur. Phraſin autem *Hebraicam*, *Græcæ* iſti legem ſignificandi præſcribere debere nemo neſcit. Et in *Apocryphis Enochi ex Hebraiſmo* converſis diſerte legas ἕως σωτελεσθῇ τὸ κρίμα τῶν αἰῶνων τῶν αἰώνων, quod, quocunque intelligas modo, dici non poſſet, niſi æternitate quid minus ſignificaret: σωτελεσμὸς enim non competit veræ æternitati. Sed de iſtis fuſius in noſtris ad Decreta *Origenis.* Judæi enim

enim plurimi Gehennam, ut *Græci* Tartarum non tam ad cruciatum quam ad emendationem profligatissimorum comparari statuunt: atque ultima illa remedia non nisi ἐς τὰ ἔσχατα νοσήματα, quæ alias corrigi non potuerunt, adhiberi; ut noster Hippocrates de morbis corporeis monet. Lege Origenem libro περὶ ἀρχῶν II. cap. XI. qui eo planissime allusit. Simplicius, in Proœmio, vim tam efficacem sermonibus Epicteti adscribit, ut qui istis non movetur Infernis tantum Tribunalibus corrigi atque ad frugem perduci possit. Εἰ τις (inquit) ἐκ τούτων μὴ πάσχῃ τοῦ λόγου, ἐκ μόνων ἂν τοῦ ἐν Ἅιδου δικαστηρίων ὑπευθυνθείη. *Socrates* ergo in Gorgia pag. 526. Edit. Serrani. ait, *Se Futurum Judicium credere; ac dispicere qua possit ratione quam sanissimo præditus animo coram judice comparere.* Ἐγὼ μὲν οὖν, (inquit) ὦ Καλλίκλεις, ἐκ τούτων τοῦ λόγων πέπεισμαι, καὶ σκοπῶ ὅπως ἀποφανοῦμαι τῷ κριτῇ ὡς ὑγιεστάτην ἔχων τὴν ψυχήν. Nam Mentes Sanæ statim in Elysium, Sanabiles autem post lustrationem Tartaream admittebantur: at *Insanabiles* perpetuæ suæ miseriæ nullum fru-

ctum reportant ipsi; Οἱ δ' ἂν τὰ ἔσχατα ἀδικήσωσι, καὶ διὰ τοιαῦτα ἀδικήματα ἀνίατοι γένωνται, ἐκ τούτων τὰ παραδείγματα γίγνεται· καὶ οὗτοι αὐτοὶ μὲν οὐκέτι ὀνίνανται οὐδὲν, ἅτε ἀνίατοι ὄντες· ἄλλοι δὲ ὀνίνονται, οἱ τούτους ὁρῶντες διὰ τὰς ἁμαρτίας τὰ μέγιστα καὶ ὀδυνηρότατα καὶ φοβερώτατα πάθη πάσχοντας τὸν ἀεὶ χρόνον, ἀτεχνῶς παραδείγματα ἀνηρτημένους ἐκεῖ ἐν ᾅδου ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, τοῖς ἀεὶ τῶν ἀδίκων ἀφικνουμένοις θεάματα καὶ νουθετήματα. *Qui summa scelera admiserunt, ac propterea insanabiles fiunt, ex illis exempla statuuntur: illi enim ipsi, utpote Insanabiles, nihil prorsus utilitatis percipiunt; aliis vero utilitas redundat, qui illos cernunt ob flagitia maximis atque acutissimis ac maxime horrendis tormentis affectos; revera illic in Inferno, ceu carcere, in exempla suspensos, ut impiis eo pervenientibus perpetuo spectaculo sint ac documento.* Hæc *Plato* in *Gorgia*, & similiter etiam in Phædone, & alibi. Tartaro itaque

—Σιδηρείας τε πύλας, καὶ χάλκεον οὐδὸν

tribuit *Homerus*, Iliade θ'. *Apollonio Rhodio*

——ἄῤῥηκτοι Ἀΐδαο πύλαι.

Unde

Unde Poeta Latinus

Porta adverſa ingens, ſolidoque adamante columnæ,
Vis nt nulla virum, non ipſi exſcindere ferro
Cœlicolæ valeant,———

Per hoc autem (inquit Servius) *oſtendit nullum de Tartaro ad ſuperos poſſe remeare, ne numinum quidem favore.* Socrates in Phædone ait, *Inſanabiles incidere in Tartarum,* ὅθεν ὅποτε ἐκβαίησαν. Turris Vocalis ad Pſychen, *Si ſpiritus tuus corpore tuo ſemel fuerit ſejugatus, ibis quidem profecto ad imum Tartarum, ſed inde nullo pacto redire poteris.* apud Apuleium Metam. VI. Hinc Alecto è Furiis una audit, quod ἀλήκτως καὶ ἀπαύστως commiſſorum pœnas exigat, ut *Pharnuthus* notat.

Hebræi autem ad Gehennam, & Græci ad *Tartarum* ſuum conſtituendum, Activarum (ut vocant) Qualitatum, Caloris nempe & Frigoris, intenſiſſimum gradum accerſunt. *Simeon Ben Jochai* in *Zohar*, In Paraſham וירא אליו p. 281. Editionis Cremonenſis De Gehenna Superiore, דא מסטרא דמיא וא משטרא דאשא דא ודא דינא דגיהנום וחיובין

וחיבין דגיהנום בתרי דיגן אלין אחרנין אלא דניא דחיבי דגיהנים תריסר ירחי

Hoc latus aquarum illud vero latus ignis : tam hoc quam illud eſt pœna Gehennæ. Et qui Gehennæ obnoxii ſunt, duabus iſtis pœnis plectuntur, quibus ſubjacent in Gehenna XII. *menſes.* Ibidem & *Medraſh* de Gehenna Inferiore, רשעים עבודי עבודה זרה נידונים תמוד באש ובמים ושוב אינם עולים *Impii cultui extraneo addicti igne & aqua æternum torquentur neque adſcendunt.* Eſdræ apocrypho *à dextris ignis, à ſiniſtris aqua. Drithelmo Saxoni*, apud *Bedam* loco prius citato, *Unum* (Gehennæ) *latus flammis ferventibus nimium torribile, alterum furenti grandine ac frigore nivium omnia perflante ac verrente non minus intolerabile.* Cumque S. *Hieronymus* Deum teſtatus profiteatur in Commentariis, *Se ſuis ſimpliciter indicare, quæ ab Hebræis didicerat*, (conſule eum in II. *Nahum* v. 1. In *Zechariam* lib. II. ſub initio.) ergo & hanc ipſam ab eis opinionem hauſiſſe merito videatur. In *Jobi* quippe caput viceſimum quartum, verſiculum decimum nonum, verba veteris interpretis, *Ad nimium calorem tranſiet* (*Tranſiet, exiet, periet, interiet, abiet*, &c. Frequenter occurrunt apud V.

Inter-

Interpretem. *Exiet* apud *Tertullianum*, libro adversus *Judæos*. *Transiet*, apud Tibullum Eleg. IV. v. 23.) *ab aquis nivium*: sic exponit Hieronymus. *Quasi duas Gehennas sanctus Job dicere mihi videtur, Ignis & Frigoris; per quas Diabolus, hæreticus, & homo impius commutetur: forte in ipsa Gehenna talis sensuum cruciatus fiet illis qui in ea torquebuntur, ut nunc quasi ignem ardentem sentiant, nunc nimium algoris incendium: & pœnalis commutatio sit nunc frigus sentientibus nunc calorem.* Aitque fortasse Christum interminantem *stridorem dentium* huc respexisse, *ut iste stridor dentium de rigore frigoris oriatur.* Cavet interim nequid refrigerii miseri sibi ex ista vicissitudine polliceantur; contendens posse hoc expetere quemadmodum febrientes & Rigorem & Calorem citra levamen sentiunt. Similia habes etiam in ejusdem commentario in *Matthæi*, cap. X. v. 28. Aphræmus Syrus *Stridorem dentium* itidem accepit. Homilia de secundo adventu domini. De צנת תלג *Frigida nive* Gehennæ meminit Chaldæus in Jobi XXVIII. v. 5. Et Capite XXXVIII. de *Promptuario nivis* verba faciens, subdit, די גנזית תלגא לעדן עקתא כגהנם *Quam nivem reservavi*

in

in tempora tribulationis in Gehenna. Et certe etiam *Frigus* intenſiſſimum poſſe ſatis vehementer afficere, non amplius ambiget, qui ſtillicidium frigidæ in nervum tantiſper experiri velit. Utcunque hanc traditionem ſatis antiquam fuiſſe, vel iſta fidem fecerint. Ex utraque autem Gehennæ penu prodita olim fuiſſe divinæ vindictæ ſpecimina arbitrantur: Ex Aquea, Diluvium; *cum omnes ſcaturigines* תהום רבה *abyſſi magnæ perruptæ ſunt:* ex Ignea, cum *Igne ſulphureo in Sodomam & Gomorram divinitus depluit.* Zohar in Paraſham וירא pag. 281. רבי יצחק וי יהודה הוו אולי באורחא אר יהודה לר יצחק דינא דעבר קבה בסבול ודינא דסדום תרוייהו דינא דגיהנם הוו בגין דחייבין דגיהנם אחדנו בטייא ובאשא *R. Iſaac & R. Jehudah ambulabant in via. Dixit autem R. Jehudah ad R. Iſaacum, Judicium quod fecit Deus in Diluvio, & judicium Sodomæ utrumque erit judicium Gehennæ. Quippe qui in Gehenna ſunt, tam aquæ quam igni adjudicati ſunt.* De utriſque ergo, & iis qui Diluvio perierunt, & de Sodomitis, penitus actum eſſe exiſtimant Judæi, ita ut non ſint Reſurrecturi, nec ſiſtendi denuo pro divino tribunali in die ultimi

ultimi judicii. Consule si placet ea de re Talmudem tractatu *Sanhedrin*, capite undecimo. *Pirke Eleasari* cap. XXXIV. *Zohar* in parasham וירה אליו & *Medrash* in eundem locum, & R. Nathanem in suo *Avoth*, *initio* sectionis אנשי סדום De istis sanctus *Judas* Epistolæ suæ v. 7. Σόδομα καὶ Γόμοῤῥα καὶ αἱ περὶ αὐτὰς πόλεις — πρόκεινται δεῖγμα, πυρὸς αἰωνίου δίκην ὑπέχουσαι. *Sodoma & Gomorrha & finitimæ urbes in exemplum jacent: sempiterni ignis judicium sustinentes.* *Josephus* Belli Judaici libro secundo cap. 12. ὑπέχειν τιμωρίαν dixit, id est, *pati supplicium.* Syrus ad locum Judæ ܣܝܡܝܢ ܠܫܘܒܚܐ ܕܢܘܪܐ ܕܠܥܠܡܝܢ positæ sunt *sub igne sempiterno, condemnatæ judicio.* Christus impios amandans *in lacum igne & sulphure flagrantem,* respexit Sodomam eo modo incensam, versamque in lacum bituminosum, quem *Esdras Apocryphus* libro IV. cap. V. v. 7. *mare Sodomiticum* vocat: ex cujus aqua sales confecti. Σοδομηνοὶ dicebantur etiam *Galeni* ævo. (Inspice de simpl. med. facultatibus cap. XIX. edit. Gr. Basil. pag. 53.) Talmudici מלח סדומית *salem Sodomiticum* pariter usurpant. Iidem res profligatas ac diris

diris devotas לים המלח *in mare salsum* solenniter amandant. Merito ergo S. *Petrus* Epist. II. cap. II. v. 4,5,6. Angelos dejectos, Mundum veterem, Sodomam & Gomorrham conjunxit, tanquam luculentissima divinæ ultionis specimina, quæ judicio magnæ diei saltem prælusisse videantur.

Sed & utriusque extremi Frigoris ac Caloris summam vehementiam Tartaro suo *Græci*, ut *Hebræi* Gehennæ, tribuunt. Quod etiam *Suidas* advertit in voce Ἠλύσιον. Οἱ δὲ κολάσεων ἄξιοι, ἐν τῷ Κωκυτῷ καὶ τῷ Πυριφλεγέθοντι ἀπελεύσονται· Ποταμοὶ δέ οὗτοι, ὁ μὲν Κωκυτὸς ψυχρότατος ὁ δὲ Πυριφλεγέθων θερμότατος. De hisce fluviis καταντιχρὺ oppositis Philosophus in *Phædone*. Maximus etiam Tyrius ex Platonis sententia Fluviorum Infernalium meminit ἄνω καὶ κάτω ῥεόντων ὕδατι καὶ πυρὶ, *sursum deorsumque fluentium Aqua & Igne*. Dissertatione XXIX. Unde & *Nonnus* historiarum συναγωγεὺς in *Gregorium Nazianzenum* pag. 171. Ὁ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδωνι περὶ τῶν λέξεων καὶ ἀποκληρώσεων τῶν ψυχῶν, λέγει, ὅτι οἱ

ἀδίκως

ἀδίκως βεβιωκότες κολάζονται ἐν τῷ Κωκυτῷ καὶ ἐν τῷ Πυριφλεγέθοντι, —— ποταμοὶ δὲ οὗτοί εἰσιν, ὁ μὲν Κωκυτὸς ψυχρότατος, ὁ δὲ Πυριφλεγέθων θερμότατος. Quæ de Tartaro ſubinde dicit, de Acheronte dicta oportuit. In eo autem quod Acheronti, tanquam tertio fluvio, τὸν μέσως βεβιωκότας mittat *Plato*, ſingularis plane videtur: cæteri enim Geographi Inferni Acheronta ac Cocytum eundem fluvium faciunt, ac ſimili frigore impertiunt. *Theocritus Idyllio* XVI.

Μηδ' ἀχλεὴς μύρηαι ὅτι ψυχρῷ Ἀχέροντος
Neque inglorius lugeas in frigido Acheronte.

Nec nominum ſignificationes abludunt, Κωκυτὸς enim *luctus* eſt, atque Ἀχέροντα à *gaudii privatione* ἐτυμολογοῦσι. *Silius Italicus* dixit, Belli *Punici* libro XIII.

——*late exundantibus urit*
Ripas ſævus aquis Plegethon, & turbine anhelo
Flammarum reſonans, ſaxoſa incendia torquet.

Eidem vero mox *Acheron*

——*gelidam eructat cum murmure arenam.*

Sedenim

Sedenim modo Frigus alicubi Tartari admittant, cui fluminum tribuant, noſtrâ nihil intererit. *Virgilius* hæc duo flumina reſpexit dicendo,

——aliis ſub gurgite vaſto
Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.

In Alcorano Mohammedes introducit Deum dicentem جعلنا جهنم للكافرين حصيرا *conſtituimus Gehennam carcerem infidelium. Surat.* XVII. v. 9. Atque Gehennæ pœnam æternam plus centum locis adſerit. Surat. XCVIII. ان الذين كفروا من اهل الكتاب والمشركون في نار جهنم خالدين فيها اولئك هم شر البرية *Qui ſcripturis nuncium remittunt, &* (المشركون *Almuſhrikouna*) *conſociantes* (eo nomine Chriſtianos, quod Patri, Filium & Spiritum ſanctum conjungant, paſſim Alcorani intelligit.)

git.) *in igne Gehennæ æternum manebunt, in quo etiam iniquitatem facientes* [manebunt.] Dialogo primo inter Sinanem & Ahmedem, Mali dicuntur detineri مع الشيطان في الجهنم في الابد الابدين *cum Satana in Gehenna in ſecula ſeculorum. Hebræos* etiam & *Græcos* in Duplici pœnæ Gehennalis inſtrumento imitatus eſt *Mohammedes. Corani Surat.* XLVII. *Mohammed* inſcripto, v.14.

كمن هو خالد في النار وسقوا ما حميما فقطع امعا هم

Verum perfidi ſunt æternum in igne, & immerguntur ſimul in aquam & viſceritus diſrumpuntur. Hunc locum male reddidit *Gallus* interpres *Sieur Du Ryer*; & ſolet nimium licenter intervertere, addere, ac demere: Verſio autem *Anglica*, ex *Gallica* ejus facta, itidem male habet. Ebn Sennæ autem in Almahad Cap. II. teſtatur Mohammedanos omnes ſtatuere quod *Damnatis erunt læſiones vel paſſiones corporeæ à calore & frigore.* Cumque vulgo ſoleant quadraginta dies (partim ante, partim poſt ſolſtitium brumale)

brumale) à frigore intensissimo الزمهرير *Alzamharir* vocare: inde eandem vocem sumpserunt scriptores sacri ad *Frigus Gehennæ* designandum.

Ut autem Cœlo omnia Bona, ita Tartaro contraria Mala tribuere solent. Cœlo lucem (αἰθέρος ἄβατον φῶς vocat *Euripides Phœnissis*; quemadmodum nostræ literæ Deum φῶς οἰκεῖν ἀπρόσιτον 1 *Tim.* c.6.v.16. perhibent.) Societatemque Deorum atque Bonarum mentium: Tartaro Tenebras, Furias ultrices, mentes perditas devovent: in Cœlo quies ac νεμημία: in Tartaro ærumnosissima ταραχῆ· Paraphrasta Chaldæus דוגו גהנם *rabiem* sive *tumultum Gehennæ* dixit in Jobi III.v.17. Idem in Jobi cap. XV. קל דלוחיא בגהנם באודניה כד שרין צדיקי בשלמא בחיי עלמא בזוזיתא ייתניה *Vox timorum in Gehenna in auribus ejus: quando habitabunt justi in pace in vita æterna, vastitas veniet ei.* Cœli beatitudinem epulari festivitate: Τρικυμίαν τῆς ἐν Ταρτάρῳ ἀθλιότητος, λιτῇ καὶ κενῇ διαίτῃ, siti fameque describunt. In Cœlo omnibus numeris absoluta εὐπορία: In Tartaro ἀπορία penitus exspes. Cœlum ut jucundissimum Palatium

tium lapidibus pretiosis constructum: Tartarum ut Carcerem scrupeum, sentum situ atque horridum pædore, unde nullus exitus conceditur, describunt.

SECT. X.

Cœlestem statum juxta *Hebræorum* & *Græcorum* Magistros revera in virtute consummata: *Gehennalem* sive *Tartareum* in delira atque abnormi pravitate consistere.

Pori ac Peniæ fabula exposita. Unusquisque sibi tortor. Dæmones atque Animas ante Judicium extremum pœnam damni tantum luere ex Patrum sententia.

SApientes autem tam *Judæi* quam *Græci* ut & Mohammedanorum factio Persica, Cœlestem statum in virtute consummata, quæ animæ facultatibus ex æquo respondeat, statuere solent. Suavissimum hunc statum vitæ hujus recte factis quisque pro

modo ſuo anſpicamur: at is integer atque omnibus demum numeris obveniet, quando Deum *uti eſt* cognoſcentes digne pariter amabimus. Iidem vero ſtatum Gehennalem ſive Tartareum in contrariis ponunt; nempe in ſumme delira atque abnormi pravitate & rabie affectuum in extrema demum ἀπυρίᾳ conſtitutorum; dum irrequies animus, præterbito pridem Deo, ne tantillum alibi reperit quo impotenter urentem famem, qua perpetuo remordetur, tolerare ulla ex parte poſſit. Gehennalis hujuſce pœnæ rationem egregie expreſſit Origenes, περὶ ἀρχῶν libro ſecundo, capite undecimo. *Sicut ſentimus ſoluta corporis membra, atque à ſuis invicem avulſa compagibus, immenſi doloris generare cruciatum: ita anima cùm extra ordinem atque compagem, vel eam harmoniam, ad quam ad benè agendum & utiliter ſentiendum à Deo creata eſt, fuerit inventa, nec ſibimet ipſi rationabilium motuum compagine conſonare: pœnam cruciatumque putanda ſit ſui ipſius ferre diſſidii, & inconſtantiæ ſuæ atque inordinationis ſentire ſupplicium.* Hanc autem perditarum mentium pœnam commiſſis exactiſſima proportione neceſſario reſponſuram cenſent; quod

quod ab ipsis peccatis modum ac mensuram omnium, quæ patiuntur, facientibus, oriatur: Dicuntur ergo homines ἀυθαίρετα πήματα luere, in Aureis Carminibus. Ab ipso autem peccato Gehenna sive Tartarus incipit; quamprimum *aquæ vivæ fons relinquitur, effodiunturque cisternæ confractæ ac futiles, quæ aquæ continendæ non sunt.* Jeremiæ ii. v. 13. Quod idem *Græci* sub fabulari involucro Pori ebrii rem cum Penia habentis οἱ τοῦ Διὸς κήπῳ (ut *Plato* in convivio refert) non inscite exprimunt. Κῆπος enim Διὸς in *Græcismo*, Hortum Edenis in sacris nostris significat, quem *Esaias* cap. LI. v. 3 גן יהוה *Ezekiel* cap. XXVIII. v. 13. גן אלהים id est *hortum Dei* diserte vocitant. Porum *Plotinus* εὐπορίαν καὶ πλοῦτον interpretatur; id nomen *Adamum*, cui in primigenia conditione omnia affatim erant, & supererant, egregie designat; Is autem Ebrius, id est, minime mentis compos; cum *Penia* rem habuit, id est, Peccato se coinquinans à pristina quidem copia descivit ad *Paupertatem* atque indigentiam creaturæ conversus. Culpabilis autem aversio à di-

vina plenitudine in pœnam immaniſſimam poſtremo cedit; anima corporeis rebus omnibus penitus exuta, atque ad Tartareas incitas redacta. Ita, quod de amœno illo Paradiſi apparatu pridem obſervavimus, (verti nempe totum in Allegoriam, ac de Viſione Beatifica intelligi) etiam de Gehennali ſive Tartareo choragio dici queat: illud quippe totum Allegorice interpretantur, de privatione Divini Conſpectus, internaque flamma quæ mentes impiorum ſubinde populabitur; quando nihil adeo opus fuerit aliunde acciri Furias, cum inquilinas tortrices ſat ſuperque ſuffecerit perditorum conſcientia.

——tormentaque ſera Gehennæ
Anticipat, patiturque ſuos mens conſcia manes,

inquit *Auſonius*. Philo Περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου inquit, Ὁ πρὸς ἀλήθειαν ᾅδης, ὁ τοῦ μοχθηροῦ βίος ἐστὶν, ὁ ἀλάστωρ, καὶ παλαμναῖος, καὶ πάσαις ἀραῖς ἔνοχος. *Vita ſua cuique improbo Inferni vice revera fungitur: quippe quæ & ipſum reum peragit, & torquet, atque omnibus diris devovet.* Sic quiſque

quiſque malus eadem opera evadit HEAUTON TIMORUMENOS. In Tartaro autem Ἅπας ὁ τῶ ἁμαρτημάτων ἐσμὸς ἀναπεύεται, καὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἵσταται, καὶ τὴν διάνοιαν κεντεῖ, *Univerſum examen peccatorum renovatur, atque ob oculos ſiſtitur, & animum pungit.* inquit *Chryſoſtomus* oratione ſecunda in *Lazarum*, Sic Charite Thraſyllo minatur *perpetuæ conſcientiæ ſtimulum* apud *Apuleium*. *Perſius* graviorem pœnam, quam ſævis Tyrannis imprecaretur, non invenit, quam ut

Virtutem videant intabeſcantque relictæ,

Satyra iii.

Neque vero norunt memorati ſapientes quorſum dolor corporeus magis in Tartaro, quam voluptas corporea in Cœlo animabus materiæ puris propinari debeat. Ideoque etiam SS. Patres magno conſenſu docent, animas malorum pœna damni tantum ante extremum judicium torqueri: atque idem de Dæmonibus exiſtimant: quocirca etiam illi exclamant creari ſibi *importunam moleſtiam* (πρὸ καιροῦ) *Matthæi* cap. viii. v. 29. ut S. *Irenæus*, S. *Juſtinus*, *Hilarius*, *Lactantius*,

tius, Euſebius, aliique exponunt. Sed *Origenes* in *Pſalmum* XXXVIII. (pag. 87. edit. *Lugdun.* 1536.) animabus impiorum *carneam craſſitiem* tribuit, quo coqui ſuſtineant in cacabo Gehennali. Olympiodorus in *Phædonem* φιλοσωμάτοις ψυχαῖς, etiam viſis ſeparari à corpore, ἡμιοχετον σχῆσιν etiamnum tribuit; unde poſſint vehiculis tunc ſuis effigiem impertire, quod veteres *Græci,* atque Academici præſertim, de εἰδώλῳ dicitant. Vidimus etiam *Simeonem Ben Jochay* & *Abdiam Sphurnum* (ut alios omittam) animabus priſtino corpore exutis *veſtem* interim tribuere, cujus contagione & doloris & voluptatis corporeæ capax reddatur.

Etiam illa omnia quæ Bonorum vel Malorum *ſenſibus* propinat Alcoranus, Ali cum univerſa factione Perſica *allegorice* interpretantur, ad *Spiritualia* torquentes.

SECT.

SECT. XI.

De duratione ſtatus *Bonorum & Malorum.*

Quid ea de re ſenſerunt Academici. Platoni ἀΐδης & τάρταρος idem. Origenes idem ſenſit: Caute tamen ac modeſte ſententiam dixit.

TAmetſi vero *Græci* (pariter ac *Hebræi*) conceptis, ut oſtendi, verbis tam Tartarei quam Cœleſtis ſtatus perpetuitatem aſſerere videantur; *Plato* tamen in *Phædro* & alibi, atque illum ſecutus Poeta, Animas & è Cœlo & è Tartaro ad corporeæ denuo naturæ ſortitum poſt ratas periodos admittunt. Hic ergo VI. *Æneidos*, de Animabus,

Has omnes, ubi mille rotam volvêre per annos,
Lethæum ad fluvium Deus evocat agmine magno,
Scilicet immemores ſupera ut convexa reviſant,
Rurſus & incipiant in corpora velle reverti.

Nimirum Academici omnes animas ad vitam Corpoream reverti crediderunt: hoc tantum cum discrimine; quo magis defœcatæ ac puræ fuerint, eo diutius separatæ atque immunes à corpore in Deorum consortio manent. Impurissimæ vero, atque ægre, si omnino, sanabiles, hoc corpore solutæ, in deterius statim merguntur; ut *Servius* in hunc locum, ex mente Philosophi plane loquitur. Hoc *Plato* Tartaro suo significatum ibat; cujus ῥεύματα πάντα πάλιν κύκλῳ περιάγει εἰς τὴν ἀρχὴν, ὅθεν ἤρξατο ῥεῖν· πολλὰ μὲν καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον, τὰ δὲ καὶ καταντικρὺ τῇ θέσει τῆς ἐκροῆς. Hæc perperam intellexit *Aristoteles*, Meteorologicorum II. *Platonis* Tartarus idem hic valet quod ᾅδης vulgo, accipique itidem debet pro regione Naturæ corruptibilis, quo redeunt quæcunque effluxisse videbantur: *quædam juxta eundem locum per quem prius effluebant*, animæ nempe minime purgatæ, quæ ne tantillum possunt ex orbe Generationis emergere, quin denuo corruant: *alio vero ad extremam usque diametrum ab exitus sui loco* pertingunt, animæ nempe defœcatiores quæ diutissime manent à Generationis vicibus immunes. Istum *Platonis* locum

cum etiam sic exponit *Olympiodorus*, in Meteorologicorum Aristotelis II. Διὰ μὲν τοῦ ἐπ' ὀλίγον προϊόντος τοῦ ποταμοῦ καὶ παλινδρομοῦντος διὰ τῆς αὐτῆς πορείας, αἰνίττεται τὰς ψυχὰς αἵτινες δυσίατα ἁμαρτήσασαι ἢ καὶ ἀνίατα, οὐδ' ἐπ' ὀλίγον ἀναχωροῦσι τῆς γενέσεως, τουτέστι τοῦ ταρτάρου. ἥτις γένεσις ἀντὶ κολάσεως αὐταῖς δέδεικται, ἵνα καθαρθῶσιν· ἀλλ' εἰ καὶ δόξωσιν ἀναχωρεῖν διὰ τῆς τοῦ σώματος λύσεως, πάλιν διὰ τοῦ αὐτοῦ ἀνθυποστρέφουσιν εἰς τὴν γένεσιν ἐν τῷ σώματι οὖσαι. Αἱ δὲ εὐία ἐστὶ (lege εὐίατα) ἁμαρτήσασαι ψυχαὶ, αἷς οὐ πάνυ προσφιλὴς ὁ τάρταρος τουτέστιν ἡ γένεσις, μετὰ τὸ αὐτὰς προελθεῖν οὐκ εὐθέως εἰς αὐτὸν ἐπείγονται, ἀλλὰ χρόνους τινὰς μακροὺς καὶ βίους ἐκτὸς μείνασαι τῆς γενέσεως, κατά τινα πάλιν περίοδον ἔρχονται ἐν τῇ γενέσει, χάριν τοῦ τὰ προηματημένα καθαρθῆναι. *Per fluvium paululum provectum, perque eandem viam remeantem, animas innuit quæ flagitia ægre sanabilia, aut vero prorsus insanabilia admiserunt; quæ ne tantillum quidem à Generatione, quæ est Tartarus, recedunt: quæ Generatio pro pœna illis constituitur*

tur ut ea purgentur. Sin autem per corporis ſolutionem recedere videantur, eodem rurſus momento corpore clauſæ denuo in generationem redeunt. Animæ vero quæ facile ſanabilia commiſerunt, quibus Tartarus, id eſt Generatio, non admodum arridet, poſtquam inde emerſerunt, eodem ſtatim redire minime nituntur, ſed per longa vitæ ſpacia extra Generationem manentes per certam viciſſitudinem in Generationem relabuntur, uti pridem admiſſa purgentur. Similia habet & Julianus in Solis Hymno. Lege & Proclum in Timæum non procul fine libri quinti. Sed & Tartari flumina pariter ἀλληγορεῖ *Plutarchus* in Conſolatorio ad *Apollonium*. *Hillelianorum* illud רב חסר מטרח כלפי חסר *Dominus miſericordiæ inclinat ad miſericordiam*, quo freti בינוניים *Mediocres* (quos *Plato* τὰς μέσως βιωσκόλας vocat) poſt certam luſtrationem in cœlum recipi credunt; ulterius protendit *Origenes*: cum ſatis cauſæ non perſpiceret quorſum veterum Cabalicorum atque Academicorum opinionem mediam amputare deberet. Divinam quippe Clementiam contemplatus, atque Tartareis pœnis luſtralem ac ſalubrem vim adſcribens (ut *Hebræi*

&

& *Græci* faciunt) etiam profligatissimos (οὑτωσὶ δραστηρίοις) tam efficacibus remediis aliquanto, quamvis longissimo temporis tractu sanari posse existimavit. Purgatorium enim veterum Christianorum nihil aliud esse præter Cabalicorum atque Academicorum opinionem dimidiatam cuivis ingenuo plane liquet. At qui tantundem clam sacris literis in re tam lubrica credere sunt ausi, causam vix dicent quare ad Cabalicorum atque *Origenis* sententiam non perrexerint. Utcunque quanquam vocibus iisdem לעולם ועד & similibus V. Testamenti, לדורי דורות Talmudicorum, Ἐις τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων N. T.) & piorum in cœlo, & impiorum in tartaro duratio nitatur; cur tamen aliter his atque illis ea in re comparatum esse queat, nullo negotio ostendi posset: Rabbinorum vero longe vulgatior sententia est אין תשובה אלא עד המיתה *Nullus post mortem pœnitentiæ locus*, ut loquitur *Ben Azai* in *Pirke Eleasari* cap. XLIII. Sed & ipse *Origenes* sententiam suam admodum caute ac timide produxit; Sic enim dicit, Adversus Celsum libro VI. Ἀλλ' οὐδ' ἀκίνδυνον τὴν τοιούτων σαφηνείαν πιστεῦσαι γραφῇ· ἅτε τῶν πολλῶν

οὐ

οὐ χρηζόντων πλείονος διδασκαλίας παρὰ τὴν περὶ τῆς κατὰ τῶν ἁμαρτόντων κολάσεως· εἰς γὰρ τὰ ὑπερέκεινα αὐτῆς οὐ χρήσιμον ἀναβαίνειν, διὰ τοὺς μόγις φόβῳ τῆς αἰωνίου κολάσεως κἂν συστέλλοντας ἐπὶ πόσον τῆς κακίας, καὶ τῶν ἀπ' αὐτῆς ἁμαρτανομένων χύσιν. *Nec vero periculo vacat apertam de talibus ſententiam literis mandare: cum plerique ulteriore doctrina minime indigeant, quam* vulgari *illa, pœnam, quæ peccatores manet, exhibente: Neque expedit ad illa altiorem adſcendere, propter hos qui vix metu ſupplicii æterni continent ſeſe à nequitia quanta illa? atque inde natorum flagitiorum colluvie.* Quia utraque verſio & vetus *Chriſtophori Perſonæ*, & nova *Gelenii* diſplicebat; libuit (verbatim fere) de novo vertere. χύσις hoc loco *congeriem, cumulum, colluviem*, ut ſæpe alibi, ſignificat, præſertim apud Origenem.

SECT.

SECT. XII.

Tartarus qua ratione in Imis habitus.

Tartari *notatio. Popularis mundi compages qualis* Hebræis, Græcis, *&* Mohammedanis. Deo *tributa pars mundi ſumma ac luculentiſſima ab* Hebræis, Gehennæ *infima atque obſcuriſſima.* Græcos *itidem de* Deo, *itidem etiam de* Tartaro *ſentire.*

TARTARI autem vox Etymologo à ταράσσω deducitur: aliis ab ἔταρον, ſecundo indefinito τῦ τείρω, τάρω, atque κατ' ἀναδίπλωσιν, τάρταρω. Mihi origo *Chaldaica* multo magis arridet, à themate nempe דרר *dardar, decidit,* quo ſenſu *Tartarus* pro eo quod *ſubſidit ac fundum petit,* accipitur. Hinc ἔσχαλα γαίης & τάρταρα γαίης ad *infima terræ* ſignificanda promiſcue poſuit *Heſiodus*, *Theogonia*; ſicut *Hebræi* תחתיות ארץ *infima terræ* pro Gehenna uſurpant. *Tartara mundi* Cornelius Severus in Ætna, *fundum imum*, Virgilius, pariter uſurpant. Nimirum hoc dixerunt ad popularem

lárem atque obviam nimis compagem universi respicientes, quam sic describit R. *Eleasarus* in *Pirke*, cap III. קודקוסי השמים בשמי אוקיינוס הם אחוזים: שמי איקיינוס בין קצות הארץ לבין קצות השמים וקצות השמים על שמי אוקיינוס הם פרושים שנאמר המקרה במים עליותיו תוכן של שמים עולה למעלה כדורם היא כאהל פרושים קצותיה למטה ותוכה למעלה וכל בני ארם יושבים תחתיה כך הן השמים קצתם למטה ותוכן למעלה כאהל שנאמר ויפתחם כאהל לשבת *Margines cælorum aduſque aquas Oceani pertinent: aquis Oceani interfuſis inter extrema terræ ac cœli & extrema cœli ſuper aquas Oceani ſternuntur: Sicut dicitur*, contignat cœnacula ſua in aquis (*Pſalmo* CIV. v. 3) *Vertex cælorum ſurſum aſcendit inſtar tentorii: cujus extrema deorſum expanduntur, medio ſurſum ſuſpenſo: intra* (hoc tentorium) *univerſa gens humana degit. Habent itaque cœli partem eccam inferius vergentem, habent & teſtudinem ſurſum evectam inſtar tentorii.* Ut dicitur, Extendit illos inſtar tentorii ad habitandum (*Eſaiæ* XL. v. 22.) Cœleſtem hunc amplexum Tabernaculi Conopeo ſignificatum volunt Hebræi: idem in Apollinis Cortina

Cortina; indidem exſculpta, ſomniarunt Græci; Varro Linguæ Latinæ libro ſexto in Verſiculum Ennianum,

Quæque freto cava cæruleo cortina receptat,

inquit *Cava Cortina dicta quod eſt inter Terram & Cælum, ad ſimilitudinem cortinæ Apollinis. Fretum* enim *cæruleum* cœli πεῖφασις eſt, ab agitatione; ut Scaliger obſervat. Tertius auctor de Morte *Moſis* (à *Gaulmino* editus) p. 36. אוקיאנוס מקצוי הארץ וסופו לקצות השמים יניע וענני השמים יחבשו אותו ויכסוהי כלבוש *Oceanum à finibus terræ aduſque fines cælorum extenſum nubes cæli cingunt teguntque veſtis ad inſtar.* Conſule Targum in *Eccleſiaſtæ* cap. i. v. 7. Hiſce etiam næniis plauſiſſe plebeculam Græcam nemo neſcit: atque etiam addidiſſe in ſolis occaſu ſtridorem edi prope fretum *Herculeum*, ὡσανεὶ σίζοντος τοῦ πελάγους τῇ σβέσει αὐτοῦ, διὰ τὸ ἐμπίπτειν εἰς τὴν βυθὸν, ut loquitur *Poſidonius* apud Geographum, lib. III. Eadem Mohammedi impingit Enthymius p. 30, Excerptorum Sylburgii. Sed enim *Epicuri* ſancta ſagacitas porro invenit, ſolem ἀπὸ τοῦ ἀνατολικοῦ ὕδατος, ἐξ ἁπαλοῦ

ἀπὸ

ἀπὸ δὲ τοῦ πρὸς δύσει, σβέννυσθαι, exprobrante *Cleomede* κυκλικῆς θεωρίας libro II. p. 89. Eadem habet & R. *Eleasarus* in *Pirke* cap. LI. Sect. רבי ינאי אומר quæ non vacat transcribere. Itidem intelliges illud *Lucretii* lib. IV.

——— *Immania ponti*
Æquora, substrata ætheriis ingentibus oris

Hesiodus in *Theogonia* de Tartaro

——— ἀμφὶ δέ μιν νὺξ
Τριστοιχεὶ κέχυται, περὶ δειρὴν αὐτὰρ ὕπερθεν
Γῆς ῥίζαι πεφύκασι καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης.

Alcoranus etiam Surata II v. 20. Mundum pariter construxit; de deo enim dicitur الذي جعلكم الارض في اشا والسماء بناء *Qui posuit vobis Terram in Fundamentum & Cælum in Ædem.* *Hebræi* autem Deum, utpote *causam causarum*, כבוד ראשון *Gloriam primitivam*, in Tentorii istius suprema apside, summo nempe Cœlo collocant, atque ita intelli-

intelligendum illud הקב"ה שהוא למעלה מעולמו *Deus incolit ſummitatem mundi ſui*: inde eum שמים *Cælum* per metonymiam ſacræ literæ & RR. vocitant. Qui ergo Deum in ſupplicationibus verbis Prodigi interpellant, *In Cælum atque in Te peccavimus*, plane ταυτολογῶσι· tametſi Prodigus patrem ſuum, mortalem puta, ſic poterat affari. *Danielis* cap. IV. v. 23. etiam שלטן שמיא occurrit, quaſi *Sultanum cæleſtem* diceres. Cumque occurrit *Regnum cælorum* (quod ſit apud Matthæum tantum, qui hunc Danielis locum procul dubio reſpexit) *cælum* illic μετωνυμικῶς pro *Deo* ponitur; ſic enim idem Matthæus *Regnum cælorum* & *Regnum Dei* promiſcue uſurpat: in reliquo vero N. Teſtamento *Regnum Dei* tantum, nunquam *cælorum* dicitur. Deum autem univerſam molem corporis mundani agitare, perinde ac anima noſtra corpus noſtrum, multis modis illuſtrant RR. more ſuo, in *Vajikra Rabba* pag. 169, & 170. Quo vero pacto à ſuprema ſede per Decem σεφιρὰς (quas RR. עשר ספירות vocant) Divina virtus ſenſim emanans omnia pervadat, docet Liber *Jezirah*, R. *Joſeph Bar Abraham* in

Ginnat Egoz, R. *Abraham Saſon* in ſuo *Côl*, R. Simeon Ben Jochay in Zohar, aliique Cabalici ὁσακόνις. Iſtas ὑποστολὰς, *connatas proceſſibus diminutiones* vocat *Syrianus*. (in *Ariſtotelis* Metaphyſ. lib. XII. ex verſione *Bagolini*.) Quo enim unumquodque purioris naturæ dignioriſque fuerit, eo altiore loco propius Primitivam Gloriam degit: quo naturæ deterioris, eo longius recedens inferius inde deſcendit. Ut ergo Divina Majeſtas ſummam totius mundi acropolin procul omni vel umbra corruptionis tenet; ita naturæ ſequiores perpetuis corruptionis vicibus obnoxiæ ad Inferiora mundani Tentorii vergunt: quo ſenſu *ſheol* (quod nominis regioni naturæ corruptibilis tributum oſtendimus) מקום עמוק הפך שמים שהוא מרום *locum humilem oppoſitum cœlo quod eſt altum* appellat *Eben Eſdræ* loco prius laudato. Atqui Gehenna etiam ὦ *ſheol* ipſius Infimus locus habetur, quem תחתיות ארץ vel מרכז הארץ *infima terræ* vel *centrum terræ* paſſim vocant. *Eſaias* cap. XIV. v. 15. inter vaticinandum de Regis *Babylonii* caſu, ad illum Luciferi (quem rebellium angelorum principem vulgo faciunt) alludit; aſſerens Regem

gem illum quoque detrusum iri ארי ירכתי בור id est, *ad infima barathri.* Septuaginta vertunt εἰς τὰ θεμέλια τῆς γῆς, & ab illis *Arabs* لساسات الارض *fundamenta terræ* posuit. Targum ibidem, אברנא ברם לשאול תחתת לסיפי גוב בירת *Verum ad orcum infimum deturbaberis, ad fundum tulliani carceris perditionis:* hunc locum negligenter transtulit Latinus interpres more suo. Verum & Terram in Aquis natare statuentes, ut diserte dicit R. *Eleasar* in *Pirke* cap. v. *Abyssi sub terra sunt, & terra super abyssum* כאניה שהיא צפה בלב ים כך הארץ מרוקעת על המים שנאמר לרוקע הארץ על המים *Etenim perinde ac navis in medio mari natat, sic terra super aquas expanditur, juxta dictum* (*Psalmo* XXXVI. v. 8.) *Qui extendit terram super aquas:* Aquis locum omnino Infimum tribuunt; quo sensu *Aquæ subtus terram esse* dicuntur, *Exodi* XX. v. 4. Et ne Gehenna non satis profunda atque depressa videatur, eam infra ipsas aquas statuunt: quo sensu *Rephaim* dicuntur *sub aquis gemere, Jobi* XXVI. v. 5. quo loco per *aquas* non intelliges illas Diluvii, ut quidam faciunt: sed illas subtus quas Gehenna sternitur.

nitur. Verissimum autem est quod ait *Aristoteles* primo De Cœlo cap. III. Πάντες τὴν ἀνωτάτω τῷ θείῳ τόπον ἀποδιδόασι καὶ Βάρβαροι καὶ Ἕλληνες, ὅσοι περ εἶναι νομίζουσι θεοὺς, δηλονότι, ὡς τῷ ἀθανάτῳ τὸ ἀθάνατον συνηρτημένον· ἀδύνατον γὰρ ἄλλως. Itidem auctor libri de Mundo (sive *Nicolaus Damascenus* ut *Petrus Victorius* censuit, sive quis alius) observat etiam ideo universim obtinere ut vota concipientes manus ad cœlum tendant: ἐπιμαρτυρεῖ δὲ ὁ βίος ἅπας, τὴν ἄνω χώραν ἀποδοὺς θεῷ· καὶ γὰρ πάντες οἱ ἄνθρωποι ἀνατείνομεν τὰς χεῖρας εἰς τὴν οὐρανὸν εὐχὰς ποιούμενοι. Galeno (oratione ultima *De Partium in corpore humano usu.*) Ille opifex rerum, ὁ κτὴν τὴν οὐρανὸν νοῦς, dicitur. *Posidonius* ergo jure cœlum τὸ ἡγεμονικὸν τοῦ Κόσμου dixit. *Plato* in *Phædro* Divino Numini *supercœlestem locum tribuit, quem nullus adhuc poetarum Græcorum celebravit aut unquam sit digne celebraturus.* Τὸν δὲ ὑπερουράνιον τόπον (inquit) οὔτε τις ὕμνησέ πω τῶν τῇδε ποιητὴς, οὔτε ποθ' ὑμνήσει κατ' ἀξίαν. Quod Plato de poetis, RR. de

de Prophetis dicunt כל הנביאים כולם לא נתנבאו אלא ליומות המשיח אבל העולם הבא עין לא ראתה וגו׳ *Omnes universim prophetæ non nisi de diebus Messiæ cecinerunt: quod autem ad Ævum Futurum, Oculus non vidit*, &c. ut ex veteribus citat Maimonides ad caput Chelek. Quod autem ad Platonis τόπον ὑπερουράνιον attinet, etiam ipse Christus in nostris literis dicitur adscendisse ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, *Ephes.* IV. v. 10.

E regione vero etiam *Græci* τὸ ἄλλω, (ut vidimus) utpote universi fœcem (ὑποταράθιλλω Plato dixit, Synesius τὰν τρύγα κόσμου) in ultimis habentes, Tartarum ejus *Imum fundum* faciunt. *Homerus* Iliade θ'.

Ἦ μὲν ἐλὼν ῥίψω εἰς τάρταρον ἠερόεντα,
Τῆλε μάλ', ἦχι βάθιστον ὑπὸ χθονός ἐστι βέρεθρον,
Ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός,
Τόσσον ἔνερθ' ἀΐδεω ὅσσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης.

Quem ultimum versiculum, more suo exponit *Hesiodus* θεογονία,

Τόσσον ἔνερθ' ὑπὸ γῆς ὅσσον βεβαιός ἐς' ἀπὸ γαίης.

Ad quem Poetæ locum respexit *Lucretius* lib. IV. in istis.

Despectum præbet sub terras impete tanto,
A terris quantum cæli patet altus hiatus.

Virgilius sic expressit,

——*Tum Tartarus ipse*
Bis patet in præceps, tantum tenditque sub umbras,
Quantus ad æthereum cæli suspectus Olympum.

Æneide VI. Tartarus Ἀΐδεω δεινὸς μυχὸς Anacreonti dicitur. Orpheus apud Proclum Τάρταρα, πυμάτῳ βάσιν vocat. Regiam ergo Divinam (quam *Hebræi cælum cælorum* vocant,) à Tartaro, tota universi diametro secernunt. Quocirca cœlo summam lucem tribuentes,

tribuentes, Tartarum τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον *extremas illas Tenebras* vocant, quod inde longissimo intervallo distet: Quandoquidem Tenebræ simpliciter, nullibi sunt, nisi in Conis planetarum nocturnis. Inque hunc imum carcerem mittuntur profligatæ mentes αἰωνίῳ ἐξοελία multatæ, ut loquitur *Cyrillus* libro de exitu animæ. Etiam Mohammedi الجنة في جهة العلو والنار في جهة السفلى

Paradisus in regione suprema, Ignis autem (Gehennalis) *in regione infima.*

SECT. XIII.

De *Angelorum Tartaroſi* apud S. *Petrum.*

Voces καταταρταῶν & ταρταῶν *ubinam occurrant & quid ſignificent.* Titanum *dejectionem iſti* Angelorum συροιχεῖν. Græci & Hebræi *quid de utrorumque lapſu ſcripſerunt. Unde conſtet quam ſcita vox ſit* ταρταρώσις *apud S.* Petrum. *Nimis populariter locutos eſſe* Hebræos & Græcos *Mundo Tentorii formam tribuendo. Quid iſta ſententia contineat veri. Gradus varios dari animalium inter ſummum & imum.* Deum *tantum* Materiæ *purum eſſe. Angelis tribui corpora ex igne vel aere ab* Hebræis. *Iiſdem Angelos impuros ac delatores aereos tractus occupare. Itidem per omnia ſentire* Græcos. *Expoſitio loci apud S.* Petrum, *corollarii vice.*

A B hac autem Tartari voce, ταρταροῶ verbum quin veniat nemo ambigit; unde

de & καταταρταροῦ apud *Apollodorum* in Bibliotheca. Fuit autem iſte *Apollodorus*, teſte *Heraclida Pontico*, ἀνὴρ περὶ πᾶσαν ἱστορίαν δεινὸς, *ſcriptor celebratiſſimus A. Gellio*; habeturque *Ptolemæo Philometori* coævus, *Athenienſis*, *Aſclepiadæ* filius, *Panætii Rhodii* & *Ariſtarchi* Grammatici (iſtius qui tantum ſibi in *Homero* permiſit) diſcipulus; in iſto autem *Apollodori* libro in Centimanorum & Titanum hiſtoria aliquoties occurrit καταταρταροῦν. Eandem tunc etiam tibi vocem oſtendi, in Adverſariis meis relatam, reperiri in hiſtoria, quam ex *Euphorione* (poeta *Chalcidenſi*, quem expreſſit *Corn. Gallus*) citant vetera in *Homerum* Scholia, quæ vulgo *Didymo* χαλκεντέρῳ ſive Tarrhæo tribuuntur. Ea ſic habent, Ζεὺς τὸν μὲν Εὐρυμέδοντα καταταρτάρωσε, καὶ τὰ ἑξῆς. in *Iliadæ* ξ', pag. 235. edit. *Aldinæ*. *Parthenius* (ut cenſet *Janus Cornarius* in Epiſtola præfixa operibus *Marcelli Empirici*) vel quiſquis auctor libri περὶ ποταμῶν, qui in operibus *Plutarchi* habetur, ſic habet, Ζεὺς ὀφθεὶς, τὸν μὲν πατέρα, δήσας πλεκτῷ ἐείῳ, καταταρτάρωσε.

Phur-

Phurnuthus libro de natura Deorum, De *Saturno*, Ζεῦς, ἐκβαλὼν αὐτὸν τ῀ βασιλείας, κατεταρτάρωσεν· Est quidem ista fabula ubi ubi occurrit, verbum ipsum καταταρταροῦν plane usitatissimum, pro ῥίπτειν ἢ ἐμβαλεῖν εἰς τάρταρον: quos enim ῥιφθέντας εἰς τάρταρον appellarat *Apollodorus*, etiam (ἀπαυθεντικῶς) καταταρταρωθέντας appellat. Unde & apud Nonnum Historiarum σωτηριολογία ad S. *Gregorii Nazianzeni Steliteuticon* in *Julianum Emansorem* habetur, Ζεὺς καταταρταροῖ αὐτὸν (τ῀ Κρόνον) μετὰ τ῀ν Τιτάνων. Simplice pariter verbo usus est Scholiasta in Æschyli Eumenides, ipso initio, Πίνδαρος φησὶ τὸν βίαν κρατῆσαι Πυθῶς τ῀ Ἀπόλλωνα, διὸ καὶ ταρταρῶσαι ἐζήτησε αὐτὸν ἡ γῆ. *Pindarus memorat Apollinem vi Pythonem superasse: quocirca Terra illum etiam in Tartarum dejicere studuit.* Et Tzetzes doctissimus *Græculus*, in allegoriarum à Morello editarum versiculo centesimo nono,

Πῶς ταρταροῖ Ζεὺς τ῀ Κρόνον, μοι φασκέτω.

Et versiculo CCLIX.

Καὶ

Καὶ ταρτάρωσιν δ' τεκνοβρῶτος Κρόνου ita enim legendum. *Stephanus* ergo *Byzantius* Tartarum definivit, τόπον σωέχοντα τὸς περὶ Κρόνον. Abunde autem constat ex *Græcorum* Patrum scriptis fabulosos Titanas in principali suo fastigio constitutos Angelis respondere ἐν τῇ ἑαυτῶν ἀρχῇ, priusquam τὸ ἴδιον οἰκητήριον (ut loquitur S. *Judas*) deseruerant; istamq; ἐξέλασιν τῶν Τιτάνων ἐξ' Ὀλύμπου, συνοικεῖν τῇ τῶν ἀγγέλων ἐξελάσει ἐξ ὑρανοῦ. Quo nomine Angeli Mali etiam Τιτανικοὶ ἢ Γιγάντοι appellantur apud Origenem, adversus Celsum libro quarto. Utrique & Angeli in Sacris, & Titanes in profanis literis, Dii dicti, utrique è cœlo ceciderunt, utrique vincti, utrique ταρταρωθέντες. De Angelis S. *Petrus* ὁ θεὸς ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ σειραῖς ζόφου ταρτάρωσας, παρέδωκεν εἰς κρίσιν τετηρημένους. Epist. II. cap. 2. v. 4. Dixit R. Eleasarus in Pirke, cap. XIIII. והפיל את סמאל ואת הכת שלו ממקום קדושתן מן השמים *Samaelem autem & copias ejus è cœlo, loco sancto illorum, dejecit* (*Deus.*) *Homerus* de Titanibus *Iliad* Ξ'. —θεὸς

——θεοὺς ὀνόμηνεν ἅπαντας
Τοὺς ὑποταρταρίους, οἱ Τιτῆνες καλέονται.

Empedocles Δαίμονας θεηλάτους καὶ οὐρανοπετεῖς dixit apud *Plutarchum*, libro περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι. Hanc *Titanum* ταρτάρωσιν sic exposuit *Ælius Aristides* in *Romæ Encomio* (p. 396. τοὺς Τιτᾶνας εἰς τοὺς κατωτάτους μυχοὺς τῆς γῆς ἀπελθεῖν, σωνωσθέντας ὑπ' αὐτοῦ τε (Διὸς) καὶ τῶν σὺν αὐτῷ θεῶν. Celsus apud Origenem libro sexto, Expositionem proferens Fabulæ Homericæ, de Materiæ ornatu, subdit, Ὅτι τοὺς περὶ αὐτὴν Δαίμονας, ὅσοι ὑβρισταὶ, τούτους [Ζεὺς] ἀπορρίπτει κολάζων αὐτοὺς τῇ δεδρο ὁδῷ. Ταῦτα δὲ τὰ Ὁμήρου ἔπη οὕτω νοηθέντα τοῦ Φερεκύδην, φησὶν, εἰρηκέναι τὸ, Κείνης δὲ τῆς μοίρας ἔνερθέν ἐστιν ἡ Ταρταρίη μοῖρα· φυλάσσουσι δ' αὐτὴν θυγατέρες Βορέου Ἁρπυιαί τε καὶ Θύελλα, ἔνθα Ζεὺς ἐκβάλλει θεῶν, ὅταν τις ἐξυβρίσῃ. *Quod dæmonas, qui circa materiam versabantur, quicunque nempe petulantes fuerunt, (Jupiter) abigens huc mittendo punit. Carmina vero illa Homeri (inquit) pariter intellexit Pherecydes: cujus verba sunt,*

ſunt, iſtam infra regionem, regio Tartarea eſt: quam cuſtodiunt Boreæ filiæ Harpyiæ & Procella, quo Jupiter deos, ſiquando petulantes, deturbat. Hebræi autem Gehennam ipſam *horribili nimbo ac turbini comparant*; alludentes ad Pſalmi undecimi verſiculum ſeptimum: [Dominus] *in impios tendiculas, ignem, ſulphur, atrocemque ventum depluet; hæc ſors eis exantlanda eſt.* Ad quem locum conſule ſi placet Targumim. Turbines autem & Procellas familiæ Boreali etiam imputavit R. Eleaſarus loco pridem adhibito. In libello Cabalico Chaldaice exarato Medraſh Ruth inſcripto, qui Zohari Cremonenſi inſeritur: p. 184. ר׳ חנינא פתח: ויראו בני האלהים עזא ועזאל תרין סלאכין הוו דקטרגו למריהון ואפיל לון קודשא בריך הוא מאתר קדושתהון מעילא: וכד נחתו אתגליאו באוירא ואתעבידו כבני נשא: *R. Chanina infit, Et viderunt filii Dei, &c. Aza & Azael duo Angeli fuerunt, qui accuſarunt Dominum ſuum: atque illos Deus O. M. præcipites egit è loco ſancto ſuo è ſupernis: cumque deſcenderent circumdederunt ſe aere, factique ſunt inſtar hominum.* Sed etiam *Jovem* Fulmine dejeciſſe rebelles illos teſtantur *Græci.* Eam rem facundiſſime expreſſit *Heſiodus* Θεογονία. Ουδ'

Οὐδ' ἄρ' ἔτι Ζεὺς ἴσχεν ἑὸν μένος, ἀλλά νυ τοῦ γε
Εἶθαρ μὲν μένεος πλῆντο φρένες, ἐκ δὲ τε πᾶσαν
Φαῖνε βίην, ἄμυδις δ' ἄρ' ἀπ' οὐρανοῦ ἠδ'
ἀπ' Ὀλύμπου
Ἀστράπτων ἔστειχε συνωχαδὸν οἱ δὲ κεραυνοὶ
Ἴκταρ ἅμα βροντῇ τε καὶ ἀστεροπῇ ποτέοντο
Χειρὸς ἀπὸ στιβαρῆς.——

Itidem *Batrachomyomachias* auctor introducit Martem *Jovi* persuadentem ut fulmine uti velit, his verbis

——τὸ σὸν ὅπλον
Κινείσθω μέγα Τιτανοκτόνον, ὀβριμοεργὸν
Ὧι Τιτᾶνας πέφνες.——

Titanas etiam Fulmine dejectos memorat *Apollodorus*, nec quisquam opinor *Cyclicorum* omisit. *Virgilius* ab his dixit.

——*Titania proles,*
Fulmine dejecti, fundo volvuntur in imo.

Ipse etiam Christus ad casum Angelorum alludere videtur dicendo ἐθεώρουν Σατανᾶν, ὡς ἀστραπὴν, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα. *R. Eleasarus in Pirke*, cap. VII. memorat Angelos malos à cœlo abactos בשבט של אש *sceptro igneo*, cessisse ad locum suum. Sceptrum igneum fulmen

fulmen est, quod ὅπλον Τιτανοκτόνον *Homerus* vocavit; quo *Jovis* dextram honestare solent *Græci*. *De vinculis Angelorum lapsorum* supposititius *Enochus* (a quo omnia, quæ de Angelis veteres diverse locuti sunt, desumpta sunt: ut *Scaliger* recte dixit in notis in Græca *Eusebii*) diserte meminit, dicendo, Πορεύθ Ραφαὴλ καὶ δῆσον τὸν Εξαὴλ χερσὶ καὶ ποσὶ συμπόδισον αὐτὸν καὶ ἔμβαλε αὐτὸν εἰς τὸ σκό[τος]. Et, mox etiam, Πορεύθ Μιχαὴλ, δῆσον Σεμιξᾶν, &c. Zohar in Geneseos caput secundum, p. 131. De Angelis Malis קבה אפיל לין לחתא בשלשלאן ואינון עוא ועואל דסנייהו נשמתהון דערב רב *Deus O. M. eos ad inferiora præcipites egit, concatenatos, Illi autem sunt Aza & Azael; à quibus traducta est anima illorum, qui erant ex multitudine promiscua.* Capellus Exercitationis suæ ad hanc Zoaris locum pag. 244. & 271. (connectitur cum Diatriba de Literis Ebræorum) verba ultima ערב רב de *vespera magna* accepit, nullo sensu. Quæque subinde adhibuit ad stabiliendam istam versionem non sunt cassæ nucis. Nimirum Moses memorat ערב רב *promiscuam multitudinem* cum Israelitis Ægypto excessisse,

ſiſſe, Exodi c. XII. v. 38. Judæi enim perhibent ingentem vim *proſelytarum* fuiſſe, qui, Moſaicis miraculis victi, addixiſſent ſe deinceps religioni Judaicæ, cumque illis una Ægypto exibant. Advenas illos ducentas quadraginta myriadas confeciſſe, teſtatur Jonathan Paraphraſta ad locum. Atque in denis illis nefariis tentationibus, (in Vitulo Aureo conflando & reliquis) quibus Dominus in deſerto commotus eſt, primas ſemper partes hiſce Proſelytis tribuunt Rabbini; dicuntur ergo illi animas traduxiſſe ab *Aza* & *Azaele*, quos iidem Rabbini principes rebellium Angelorum faciunt: qui in Geneſeos VI. שמחזאי ועזואל הינון נפילין מן שמיא *Shamchazai* & *Uziel*, *qui ceciderunt e cœlo*, Jonathani dicuntur. Legendum videtur שמעזאי ועזיאל Ut autem demus gutturalium ח & ע per mutationem in voce prima; ſaltem ו ſuperfluum erit in ſecunda. Alcoranus etiam de dæmonibus في الاصفاد *in vinculis* meminit.

Quæ cum ita ſint, nihil mirum ſi Apoſtolus *Petrus* hic uſus ſit voce ΤΑΡΤΑΡΩΣΑΣ ad exprimendam diram illam dejectorum Angelorum ſortem: cum nullibi totius *Græciſmi* occurreret vox aptior; utpote quam

in

in eodem argumento (quamlibet fabulosis larvis, ut fit, vitiato) *Græculi* tralatitiam fecissent.

Quod autem Gehenna sive Tartarus & *Hebræorum* & *Græcorum* plebiscito subter Terram vel etiam subter Aquas statuatur; id esse popularis τερατείας figmentum abunde docuit totius orbis περίπλους, quem jamdudum magnanimi Semones citra novum ullum regni Tartarei prospectum confecerunt. Sed & ipse Servius *Antipodum* suspicione commotus, jampridem docuit omnia, quæ divinus Poeta de Tartaro cecinerat, his ipsis in terris peragi. Idem sensisse *Julianum* τὴν παραβάτην ex Solis Hymno (pag. 10.) plane constat. Ipse *Clemens*, centonum III, Angelorum lapsum putavit se satis belle consignasse, dicendo, οὐρανόθεν δεῦρο καταπεπτώκασιν, id est, *cælitus huc deciderunt*. Et Celsus ipse (pridem citatus) dixit, δαίμονας ὑβριστὰς τῇ δεῦρο ὁδῷ κολάζεσθαι. Sed & eidem Origeni Δαίμονες ἐπὶ γῆς καλινδούμενοι dicuntur. Idem sentire Cabalicos, Pythagoreos, & ab his etiam A-

cademicos alibi fusius dicendi locus erit. Academicorum sententiam plane expressit *Olympiodorus* in Meteora *Aristotelis* loco superius adhibito. Enimvero compages memorata, qua mundo Tentorii forma tribuitur, nihil solidi exhibere videtur, præterquam quod Deo locum summum ac maxime luculentum tribuens, extorres Angelos & perditas mortalium mentes ad ultimas tenebras, tanquam in maxime longinquum exilium mittat. Inter autem Summum atque Infimum plurimos animalium gradus intercedere statuunt;

Ne regio foret ulla suis animalibus orba.

ut *Ovidius* extulit. Ὡς μηδὲν κόσμῳ μέρος ψυχῆς ἄμοιρον εἶναι, ut loquitur *Alcinous* cap. v. Sicuti nos autem in piscium elemento degere nequiremus, ita illi nostri aeris tenuitatem refugiunt: at nos ipsi superiorem aeris purioremque regionem tolerare non possemus; sunt autem animalia, quæ purissimum aerem tolerantia, ætherem quamlibet infimum non ferrent, atque ita porro. *Platonicis* istos utcunque gradus suggessisse videatur *Socrates* in *Phædone*. Utrique autem & *Hebræi* & *Græci* Deum *actum sive formam puram*

puram in ſummis ſtatuunt; *Materiam* autem *informem* in imis: Intermediis vero naturis ſingulis ſuam materiam tribuunt, puriorem vel ſecus, pro gradu quem obtinent; ita ut ne ſummus quidem ordo, ſecundum Deum, materiæ purus ſit. Ejus rei indolem ſic ergo expreſſit Magnus Origenes, περὶ ἀρχῶν lib. II. cap. II. prope finem, *Materialis ſubſtantia hujus mundi, habens naturam quæ ex omnibus ad omnia transformatur, cum ad inferiores quousque trahitur, in craſſiorem corporis ſtatum, ſolidioremque formatur, ita ut viſibiles iſtas mundi ſpecies variaſque diſtinguat: Cum vero perfectioribus miniſtrat & beatioribus, in fulgore cæleſtium corporum micat, & ſpiritualis corporis indumentis, vel angelos Dei, vel filios reſurrectionis exornat: ex quibus omnibus diverſus ac varius mundi complebitur ſtatus.* כל מה שנמשך מאת השם מיד נתהוה חמר *Quodcunque à Deo recedit è veſtigio in materiam faceſſit*, ut ſciſcunt Cabalici. Origenes libro ſecundo περὶ ἀρχῶν cap. II. *Solius Trinitatis incorporea vita exiſtere recte putabitur.* Libro primo cap. VI. *Solius Dei, i. e. Patris & Filii & Spiritus Sancti naturæ id proprium eſt, ut ſine materiali*

rialì ſubſtantia, & abſque ulla corporeæ adjectionis ſocietate intelligatur ſubſiſtere. Angelos etiam corporea munera obiiſſe volunt Rabbini, Apocrypha Enochi, & patres Chriſtiani. Etiam Angeli Alcoranici Surat. II. هاروت وماروت *Harut* & *Marut*, quos creavit Mohammedes, ſimilia patrarunt. Geniorum vero corpora מן האב והאויר *ex igne vel aere* conflant *Hebræi*; abutentes verbis *Pſalmi* CIV. v. 4. *Faciens angelos ſuos ſpiritus; miniſtros ſuos flammam ignis.* Quæ *Dionyſius, Nazianzenus, Baſilius* (libro de Spiritu S. ad *Amphilochium Epiſcopum Iconii*, cap. 16.) pariter exponunt. Idem etiam ſenſerunt S. *Juſtinus, Tatianus, Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Origenes* aliique: Ordinibus Cœleſtibus *ſex alas, atque corpora ignea* tribuentes, deſignant τὸ ἀεικίνητον αὐτῶν περὶ τὰ θεῖα, καὶ ἀκαταλήκτον, καὶ τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ὀξὺ, καὶ ὑπερῷον τῆς προσεχῶς καὶ ἀνενδότου καὶ ἀκλινῶς ἀεικινησίας, ut loquitur *Dionyſius.* Cabalicorum eſt, כל מלאך שיש לו שש כנפים אינו משתנה *Nullus angelus habens ſex alas unquam transformatur.* Exiſtimant autem transforma-

formationem poſſe competere utriſque Hierarchiis inferioribus, quibus *corpora aerea* atque univerſa ſpatia à cœlo uſque ad nos tribuere ſolent. Sed & *Græci* Geniis aeriis, Dæmonibus atque Heroibus, ſimiles tranſformationes vicißim adſcribunt. Corpora his autem *aerea* tribuunt *Hebræi* propter ἀνεμαίαν ἐπωνυμίαν (ut loquitur *Dionyſius*) quam *Pſaltes* loco memorato iis impertit, dicendo, *Faciens angelos ſpiritus, vel ventos.* R. *Joſeph in Shaare Orah*, בי מן הארץ ועד הרקיע אין שם מקום פנוי אלא הכל מלא המונים מהם טחורים בהם מעלי חסר ורחמים ויש למטה כמה בריאות טמאות סיקות ומקטרגות וכלם עומדים ופורחים באויר ואין מן הארץ ועד הרקיע מקום פנוי אלא הכל המונים מהם לשלום מהם למלחמה מהם לטובה מהם לרעה מהם לחיים מהם למות וכל זה בסדור התחתון שאנו בו *A terra uſque ad cœlum nullus locus vacat, ſed univerſus multitudinibus* (vel ſpectris) *repletur: ex quibus aliquæ puræ ſunt, ac clementia benevolentiaque præditæ. Sunt autem Inferius multæ creaturæ impuræ, noxiæ ac delatrices. Omnes autem ſtabulantur,*

volitantque in aere, ita ut nullus locus à terra usq; ad cœlum vacet, quin totus multitudinibus occupetur. *Aliis ex illis ad pacem, aliis ad bellum, aliis ad bonum, aliis ad malum; aliis ad vitam, aliis ad mortem* instigantibus: *atque id omne hoc ipso in orbe Inferiore, in quo nos sumus*, transigitur. Vides hic Angelos impuros, ac delatores in aere Inferiore stabulari. Isti Angeli apud Talmudicos שטנים *Satanæ*, vel מלאכי הבלה *angeli corruptores* dicuntur. Horum magnam vim esse oportet, cum centum *octoginta quatuor myriades*, in una re occupatæ, totidem *Israelitas*, pro *Mose* supplicare nitentes suffocarunt; memorante Auctore vitæ *Mosaicæ*, fol. 54. pag. 1. Sed & nostræ literæ unicum homuncionem *Legione* integra obsessum ostendunt. Maximus Tyrius, Dissertatione XXVI, inquit, Πολλὴ δὲ ἡ δαιμόνων ἀγέλη,

Τρὶς γὰρ μύριοί εἰσιν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
Ἀθάνατοι Ζηνὸς πρόπολοι.

Hesiodus habet Ζηνὸς φύλακες, Moschopulus illud

Τρὶς

Τεὶς γὰρ μύθοι—

πολλάκις γὰρ πολλοί εἰσιν, recte exponit. Aereæ hujus ἀναστάσεως Principem *Samaelem* faciunt RR. ut pridem commemini. *Samaelem* autem *Satanam*, id eſt Inimicum, per Eminentiam dici docet *Rambam* in More. Is diſerte dicitur ראשן שר שטנין *Princeps Satanarum*; S. *Paulo* ἄρχων τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, *Epheſ.* II. 2. Adverſus aereos hoſce graſſatores compoſitum ſuiſſe Pſalmum XCI. dicunt RR. ejuſque bonam partem ſub nomine שיר שׁל פגעים *Cantici ſpectrorum* citavit *Rambam* in *More*, parte III. cap. LI. fol. CLXXII. p. 1. quod nomen etiam in *Talmude Hieroſolymitano* occurrit, Codice Schabbat fol. 8. pag. 2.

Græci etiam *Ætheris* atque *Aeris* διακόσμησιν non abſimiliter abſolvunt; omnibuſque Geniis ſua corpora tribuunt non tantum Academici, qui ζῶα familiariter compellant; verum & ipſe *Ariſtoteles* Metaphyſ. lib. V. cap. 8. Οὐσία λέγεται τά τε ἁπλᾶ σώματα, οἷον γῆ, καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ ὅσα τοιαῦτα·

αὖλα· καὶ ὅλως σώματα, καὶ τὰ ἐκ τούτων συνεστῶτα ζῶά τε καὶ δαιμόνια, καὶ τὰ μόρια τούτων. Superioribus Geniis corpora Ignea (ut *Hebræi*) tribuunt; quocirca θεὸς πυρινὸς indigitavit *Plato*. Reliquis Corpora *Aerea* donant. Proclus ad Heſiodeum de Dæmonibus

Ἠέρα ἐσσάμενοι,——

inquit id dici διὰ τὸ τὰ σώματα αὐτῶν ἀέρια εἶναι κατὰ τὴν σύστασιν, ὥσπερ τὰ τῶν θεῶν ἐμπύρια, καὶ τὰ ἡμέτερα χθόνια. *Propterea quod corpora illorum aereæ conſiſtentiæ ſint, ſicuti deorum corpora ignea ſunt, noſtra terrena.* Non eſt hic locus quid Diis, Dæmonibus ac animabus interſit pluribus περιλεσχεῖν· neque ſingillatim perſtringam κοσμοκράτορας τῆς πονηρίας, τελωνάρχας καὶ λογοθέτας καὶ πραικτοφητιὰς τοῦ ἀέρος ut *Cyrillus* diſtinguit. Neque vero libet repetere quæ *Jamblichus* MS. & ſequiores *Græci* de his à Chriſtianis furati ſunt. Hoc ſaltem notabo ex Pſello, Univerſam Dæmonum gentem in ſublunaribus verſari; ſuperioreſque Dæmones

ſupi

περὶ τὴν ὕπερθεν ἡμῶν ἀέρα περιπολεῖν· τῶν γὰρ περὶ σελήνης τόπων, ὡς ἱεροῦ τι βέβηλον, ἀπεληλάσθαι δαιμόνιον πᾶν. *In aere qui supra nos est versari: è locis enim Lunæ finitimis, tanquam profanum à sacro, penitus exulare dæmonium omne.* Secundus Dæmonum ordo τὸ περὶ τὴν προσεχέστατον ἡμῖν ἀέρα πλαζόμενον, ὁ καὶ καλεῖται, παρὰ πολλοῖς ἰδίως ἀέριον· mox, recensitis etiam Dæmonibus Terrestribus, Aquatilibus, Subterraneis & Lucifugis, inquit Psellus, εἶναι δὲ πάντα ταῦτα τῶν δαιμόνων θεομισῆ καὶ ἀνθρώποις πολέμια, πλὴν εἶναι κακοῦ φασὶ κάκιον, τὸ γὰρ ὑδραῖον τε καὶ ὑπόχθονιον, ἔτι δὲ καὶ τὸ μισοφαὲς, ἐσχάτως ἐπιχαιρέκακα καὶ ὀλέθρια. Dæmonum autem Corpora quamlibet subtilia, atque oculorum aciem fugientia, sunt tamen materialia patiliaque: sic enim *Psellus*, Τὰ δὲ δαιμόνια σώματα, κἂν ὑπὸ λεπτότητος ἀφανῆ καθέστηκεν, ἀλλ' ὅμως ἔνυλά πῃ, καὶ ἐμπαθῆ· καὶ μάλισθ' ὅσα τοὺς ὑπὸ γῆν ὑποδέδυκε τόπους· ταῦτα γὰρ τοσαύτην

ἔχει

ἔχῃ τὴν σύϛασιν ὡς καὶ ἁφὰς ὑποπίπτειν, καὶ πληπτόμενα ὀδυνᾶσθαι, καὶ πυρὶ προσομιλήσαντα καίεσθαι, ὡς καὶ ἔνια τύπον ἀπολιπεῖν τέφρας. *Dæmonum corpora, tametsi præ tenuitate minime compareant, materiæ tamen aliquatenus participia sunt, patiliaque: illa præsertim quæ in locis subterraneis versantur, talium enim crassities ipsa palpabilia præstat, ac percussa dolere, ignique accedentia comburi, ita ut illorum nonnulla etiam cineres reliquerint.* Dicendum ergo Angelos prævaricatores à luculenta illa regione, quam pridem incolebant, exulare: detinerique in obscuro caliginosoque Atmosphærio, perinde ac malefici in carcere vinculis constricti: quoad post ultimum Judicium, fatalis illa hujusce mundi conflagratio cesserit: quæ illos simul cum impiis hominibus horribili ruina pessunditos æternum cruciabit. At pii interim *Æthereis* vehiculis (*Eliæ* instar) sublati, procul omni noxa, cœlesti felicitate fruentur.

SECT.

SECT. XIV.

Receptæ *Tartari* notioni non obeſſe mundi compagem apparentiis maxime conſentaneam.

SI vero popularem hanc univerſi compagem, qua *Hebræi* & *Græci* in hiſce explicandis freti ſunt, ut minime genuinam rejeceris: certi tamen ſumus non neſcire te veriſſima ſæpe argumenta popularibus opinionibus ſuperſtrui; quibus refutandis minus opportunis in locis velle defungi, operæ non videbatur. Nec vero ibimus inficias quin *Pythagorica* Compages, naturalis uniformitatis æmula, omnibus quidem phænomenis uno ſimplice motu ſatisfaciens, doctiſſimorum aſtronomorum jam puncta tulerit. Videtur autem *noſter* hic *vortex ex tredecim magnis corporibus* coaluiſſe: *Sole* nempe *ac duodecim Planetis*. *Sex* autem *Planetæ Primarii Majores* immediate à *Sole* colluſtrati, hoc eum ordine ambiunt; Proxime *Solem Mercurius*, deinde *Venus*, tunc *Terra*: quarto

quarto ordine *Mars*, quinto *Jupiter*, ſexto *Saturnus*. Sex vero *Planetæ Secundarii Minores*, ſunt, *Luna*, quæ illuſtratur à *Sole* mediante *Terra*: quatuor *Satellites*, qui mediante *Jove*; & *Satelles* ille, qui mediante *Saturno* illuſtratur (quamvis de *Phænomenis Martis* & *Saturni* nondum omnis ſcrupulus exemptus ſit.) Etiam *Stellæ fixæ*, *ſinguli Soles*, totidem vorticum *Planetas*, illuminantes, videntur. Et ſic Mundum ultra ambitionem Macedonicam protendi gaudemus. Neque omnino ſuppetit unde quid ſit Univerſi centrum, quid in eo ſummum, quid imum colligamus. Et enimvero quis infinitæ Majeſtatis operibus limites ponat! Si autem in omnibus undique Vorticibus res perinde ac in noſtro expetant, ab uno aliqua tenus didiciſti omnes: ſin ſecus, noſſe non licet.

Vides quam longam laciniosamque Epiſtolam tibi miſerim, ſed & idem ignoſces, qui nimium brevibus quæſtioni tuæ reſponſum noluiſti; facile enim fuit etiam multo plura adjeciſſe, atque hæc ipſa lucido magis ordine diſtinxiſſe, verum non potui ipſe à me reſcribendi laborem impetrare, Vale.

Ἐν τραγῳδίᾳ τινὶ Ἀγγλιστὶ γραφθείσῃ, ΜΟΥΣΤΑΦΑ ἐπικλίνω ἐχθύσῃ, χορὸς ἱερέων [Μωαμμεδικῶν] ὑπωσὶ φλυαρεῖ.

Ποῖ' ἄπαξ κήδη τλήμοσιν πεφρωμένη
Νέμει βροτοῖσιν! οἷς ἕτερον γράφει φύσις,
Ἕτερον θέσις δὲ θεσμὸν ἀντικειμένη.
Σκαιῶς πεφυκότας, ἔμμεναι ξυνοῖς θέλει,
Ὑγιέσιν εἶναι, νοσερῶς πεπυγμένους.
Πόποι! μαχόμενα πῶπε ταῦτ' ἐνταλμάτα;
Πάθος λόγος τε σφὰς διέχυσιν ἀνέρας.

Ἄγαλμα τοῦτο μὴ πέλει τοῦ κείνου,
Φύειν ἀπάθαλ' ὥστε συγγνώμην ἔχοι;
Αὐτὴ ἑαυτῆι φορτικὴ συλᾷ φύσις
Μισοῦσα τὼ ἔδωκεν ἠδ' ἁμαρτάνει.
Τίς δῆθ', ὃ μὴ δεῖ δρᾶν, ἐνὶ φρεσὶν βάλοι,
Εἰ μὴ, σφαλεῖσα, ἡ πιμπρήσῃ φύσις;

Ἄλλοις

Ἄλλοις τυραννὶς, ἠδ' ἑαυτῇ δήμιος,
Μόνον κελεύει δυσχερῆ καὶ ὄρθια,
Τῆλ' ἀπαγορεύουσ' ὅσσα μὲν οἶδεν ἡδέα,
Πόνος ἐν ἑτοίμῳ, ἀλλ' ἀνήνυστον γέρας.
Εἰ δ' αἷμα χάνδον μὴ πίοι λυγρὰ φύσις,
Ῥᾷον μὲν εἶεν τυγχάνειν ἀμεινόνων.

Ἡμῖν δ' ἐνόρκοις, ἠδέ τ' ἐν τέλει, πρέπον
Σπονδῆσι λαμπρῆς καὶ λιτάων ἐννόμοις,
Ἐς εὐσεβῶν μὲν πάρφασιν, διηνεκῶς
Μακάρων ἐναυλεῖν ἡδονὰς ὑπερφυεῖς·
Ἡμῶν δ' ἕκαστος, καρδίας ἔσω βλέπων,
Ἕτερον θεωρεῖ, τοῦ ἐνὶ στίχοις, θεόν.

Ἀποκρίνεται ἐκ νέας Ἀκαδημίας ὁ δεῖνα.

Τί μεμψίμοιρε, τοῦ θεοῦ κατηγόρος,
Ἀνάγεις ἐκείνῳ τοὺς τεοὺς νοθηγενεῖς;
Ἔοργεν οὔτι φλαῦρον οὐράνιος πατήρ.
Νεοσπόρῳ γὰρ ἀνδρὶ νοῦς ὁ θέσφατος

Τὸ

Τὸ κρήγυον πέφυκεν, ὠδὲ τ' ἄγελα
Αφιλιάζειν οἶδε τῷ λόγῳ πάθη.
Ψυχὴ διαύλοις ἄνδιχα πλανωμένη
Ἐκεῖσε τῇδέ τ', ὅπου ἔωθε φάσιν
Ὑβεῖν τε λυγρὰν πλημμελημάτων φέρειν.
Τότε νόσος ὅπις καρδίας δηλήσεται·
Περαπίδων δ' ὑγεία σημότης ἔφυ κελὴς,
Ἀρετάς τε πάσας ἐσκέπαζεν ἱερὰ
Αἰδὼς, φυρωρὸς εὐσεβεπῶς κεκασμένη.
Γήθησεν ἀνὴρ ἐντὸς ἀξιώματος
Ἰδίᾳ, ξεναίων ὅτε λιχνὸς ἡδονῶν
Δίωκε φηριώδεες ἀσχέτῳ ποδί.

Τὸ δὲ φρύαγμα, τὸ κλύω φεῦ κάζα,
Ενθένδ' ὀρίνθη, ὅπερ φήριον φύσιν
Οὔπω ἔνι κτᾶσθαι, σκετλίων φρενῶν ἄτερ
Χαλεπὰ γραφυσῶν· οὐδ' ὀλύμπου δὲ ῥέπειν
Ἀκονιτὶ, χωρὶς ἀλγέων τε καὶ πόνων.

Σέθεν περορρύησιν, ὦ φεόθεν, παθῶν,
Ἄνθρωπε, νῆφε· καὶ κεχλωῦσι βλέπων

Γένεσιν

Γένεσιν, χάους τε δυσμόρου βόρον στόμα,
Ἐπὶ κενεῶνας ὀλβίους ὅσον σθένος
Μολεῖν ἔπειγε, μηδέ τοι τάδ' ἐμποδὼν,
Ἀλαπαδνὲ, δείσῃς· θεοῦ γὰρ ἀντιλήπτορος
Τεύξῃ παλαίων. Ἀλλὰ τῆς ἐμπάζεο
Θεοπροπίης, χ' ἕπου λόγῳ ἁγαμπρές·
Οἷον κέλευσμα δαίμονος πειθηνίως
Θεόσυτός πως Σωκράτης ἐπέκλυεν.

Φύσιν μαθόντες καὶ ἐφετμὰς μετρίους
Αὐτῆς τελοῦντες, ἐν θαλείῃς ἀμβρότοις
Γαληνιῶσιν. Ἀλλὰ ταῦτ' οὐκ ἀθεεί.

FINIS.